exigit illa dispositio. postquam G.
cessavit a declaratione huius dixit G.
et est post evacuationem corpo
ris totius ut attrahas illud quod
currit ad membrum ad locum
alia contra membro. nam per illud
prohibetur cursum ad membrum
quod fit currens sanguinis ad membrum
diversum cuius exemplum est si a
postema est in manu dextra at
trahitur sanguis ad manum sinistram
et contrario et si est in pede dextro
trahe sanguinem ad pedem sini
strum. et contrario. et si est sinistrum.
trahe sanguinem in filius ex latere quod
est in directo ipsius. et si est ante
trahe sanguinem retro et contrario in dis
huius membris. nam tu postquam evacu
as totum corpus. quod facit attractionem
diversam revolvitur materia et pro
hibetur attractio et effusio ad mem
brum primum. Inquit cum G. cessa
verit ab hoc toto redibit tunc ad
membrum ipsum et incipe ita ut
coneris reductionem sanguinis donec
redeat ad posteriora sui. Cum G.
cessabit ab hoc conare post illud
ut resolvas illud quod remanet
in eo de sanguine. Inquit et illud
quod facies ex istis duobus scilicet reduc
tione sanguinis retro et resolutio
ne eius que remansit ex eo obe
diet tibi cum facilitate quando meatus
sui sunt latiores et corpus recipit
illud et non remanet materia que a
trahas ad ipsum. considera G. qualiter

accipit sanguinem apostematis qui
propter repletionem corporis totius
et alteram hesitationem inter contractionem de
nisi. et Gal. quidem determinat post
quam ipse docuit illud quod fit illud
per quod fit evacuatio sanguinis ex
membro ipso et dicit

dum perdat ea dies per se attractionis
quia una evacuatio corporis toti
et alia ... respons ... [illegible]

Expulsio tua qua expellis a mem
bro illud quod currit ad ipsum fit
per hoc quod constringis et infrigi
das ipsum. et ad venas etiam que
evacuantur attrahitur illa res que
evacuas a membro infirmo. et
iam ostendimus etiam in libro de vir
tutibus naturalibus et etiam quan
do evacuas venas que sunt in
membro infirmo cum medicinis stip
ticis quod tu illam superfluitatem ex
membro infirmo ad aliud quod est
post. et quando tu facis illud et si redit
ad corpus tuum quod est ex eo ad illud
membrum infirmum tunc bene est

Repellentibus vero exprimentibus si itaque idem et stiptica apponamus sic eva
cuata ad se ipsum vasa que repellit attrahunt. ostensum est enim ex hoc per phisica
lium utentium et transmittunt sic quod ad illas regiones vasa con
fortia stipticas farmacis. si igitur omne ita rursus curte bonum habe
bit pr[illegible].

Dicit Gal' in hoc sermone qui repen
titur illud quod collectum est in
membro donec redeat ad posteriora
sua. et dixit quia pars eius redit
per actionem diversam. quoniam actio
divisa trahit illum sanguinem in
venis ad posteriora eius. et iterum
quoniam confortat membrum et quod in
eo est ex venis cum medicinis que
infrigidant et stipticitatem fa
ciunt impellit illud quod collectum
est in eis ex repletione ad posteriora
sua et redit illud contrario quoniam ex
eo quod est post eas ex venis
iam evacuatum est repletio propter illud
quod recipit illud quod redit ad ip
sum tunc si redit ad corpus totum
quod currit ex eo ad illud membrum
tunc erit bonum et si non redit totum
illud. indigemus illud quod remanet ex
ea ut evacuetur ex ipso membro
et ipse exponit hanc dispositionem secundum
et dicit

Et si colligitur in membro aliquid
ex ea. tunc oportet ut scias quod illa
res que colligitur in ipso est vis

cosa aut grossa et propter illud figi
tur et innisatur et remanet
in membro et fit difficilis eius
resolutio et possibile est ut non
sit ita et est causa in fixione
eius et permanencia ipsius in mem
bro quia currit ex venis et fit
inter membrum similium penitus et illa est
hora in qua necesse est tibi ut evacu
es illud ex ipso membro infirmo
quoniam imponis super illud quod est
super illud membrum medicinas que ex
pellunt illud quod currit ad

Gal' declarat in hoc sermone ipsum
intencionem in remanencia eius
quod remanet inter venas que
sunt in membro tunc illud est quia sanguis
per viscositatem eius aut per gros
situdinem ipsius figitur in ve
nis minimis et innisatur in eis.
et fit difficilis eius resolutio et
si non est inter venas tunc causa re
manencie eius in membro est
quia egreditur ex venis sine se
mitis resudationis et pervenit
in locis vacuis membrorum similium
partium. que sunt in circuitu ve
narum et in carne. postea quod docuit
causam in remanencia eius quod
remanet ex sanguine in me
bro dixit. tunc necesse est tibi ad
hoc ut evacues illud ex ipso me

Relicto autem aliquando parte ex quibus figitur
... glutinositatem ... spissitudinem ... ...
pactum indissolubile. propter ... talem
... in ea que in medio sunt regionis eius
... ad evacuationem
... supponentes sua
... ...
entium utitur.

... permanent in membris ex sanguine ...
... et ... redit ex eo ad posteriora sua
... ... sanguis ...
... ...

bro. et non poteris facere ipsum redi
re ad pristinam sui. et quando vis
evacuare illud ex ipso membro
etiam pone in primis super illud
quod est super membrum lesum ex
membris illud quod expellat
illud quod currit ex eo ad mem
brum. nam si non facis hoc non sufficit se
curius etiam quando confluxit ad membrum
sanguinis aluis per hoc quod evacu
as illud quod est in eo ex eo ipso
et significat per membra que sunt
super membra ex quibus veniunt nu
trimentum ad membrum —

Et evacuatio fit per perforationem
et per medicinas resolutivas per
pue si estimas quod in locis que
sunt inter membra silvium parum sit
aliquid contemptum — — —

Dixit quod evacuatio membri
ipsius fit per perforationem et
medicinas resolutivas et distin
guit inter utrasque et dicit quod
medicine resolutive sunt magis
minutive quam perforatio quia resi
duit ex sanguine aliquod et per
venit in locis vacuis que sunt pro

membra consimilia et ostendit quod perforatio
administratur quando non confert ope
ratio medicinarum resolventium
et quando congregat apta famem et

quando estimas medicus et si remaneat
ferit fames putrefiet uelo
ter. propter et gratia cum perforatione sim
quod accidat super membrum nocu
mentum aliquod malus et inter super
perforationem scarificatio membri
ipsius aut apprehensio mentis vel
ventosarum super ipsum aut flebotomia ue
ne in ipso — — — —

Et medicinarum resolventium omni
um compositio est calidi ex operatione sed
complexionis est moderatio quando est
superflue caliditatis. et gratia ut caue
as in huius locis usum medicina
rum quibus est caliditas fortis pro
pter quod membrum infirmum est
precedens apparens. nam si tu
administraveris talia ultra ex medici
nis donec aggreges super ipsum con e
gritudine ipsius moderatione
accidit in eo ex dolore res
non parva. et omnis dolor stimu
lat et attrahit materiam gratia membra

Evacuatio non manifeste sit per medi
cas regiones significat optime. id est per cu
rationes simul et per turgida differentia
foretica.

Set quoniam differentia foretica omnia calida
virtutibus sed eius non creditur operatione moderate quando in moderate sed calida obstruat.
Tenis ne omnia nimis calida et maxime simplificie fluat calidis quod pati
doleo est non potius simul pati in moderate in omnis dolor excitat reumati
mediocrite gratia illud modicum in huius utendum est in magis conveniens huius sit.

apposito

Et q̄ medicine resolutive sunt cal

cum q̄ est q̄liditas eq̄lis est que
nō facit in hui⁹ membris dolore
et p̄cipue si est cum illo memb̄
Iste sermo est intellec(hum̄ds)f
ti. docet in eo quod medici
ne resolutive sunt calide et
quia o; ut sit calefactō q̄
calefaciūt membrum eq̄lit̄ et
quia o; ut sit cum caliditate e
arum equalis hūiditas. s. hum̄ditas
etiam et caliditas quidē
eq̄lis et hūiditas eq̄lis sunt int̄
q̄s et inter caliditatem membri
et hūiditatem eius est assimula
tō. et sunt inau⁹ addite p̄ rū q̄
q̄titate p̄tis gradus primi

Et sufficit nob̄ medicina re
solutiua q̄ nūs n̄ sit fortis i resolu
tōe membrorum p̄cedentiū p̄orum
in eo quod appar&et de corpore
quod si memb̄ interius eq̄ egritudi
nem nō habent. et memb̄ quod
indiget evacuatōne ē i p̄fū
do longissimum tē o; ut confortet̄
medicina resolutiua et addat̄
in caliditate eius quā nō fit secu
ritas quin debilitetur et dest̄
atur virtus eius. anteq̄ conse
q̄tur et p̄veniat ad p̄fundum
corporis nec timet̄ sr̄ loca extio
ra quibz occurrit ex ea nocum̄
tum quā hn̄t egritudinē. Jam
g° inveniens res est ex duobus
modis sil̄ i ānministrōe medicina
rum q̄ ilt̄ calidiores et acriores
p̄p̄ ea q̄d memb̄ appencia volant
ea et memb̄ interiora indigent
eis et hanc significatōnem susp
sim⁹ ex loco memb̄i

Iste est modus alius significa
tōnis que sumitur ex loco memb̄
nam si est apparens procedens
medicine que calefaciūt et hu
mectunt q eq̄litate sunt suffici
entes illi et si est intrinsecum
longinquum indiget ut addatur
in caliditate medicine et hūid
tate eius p̄ q̄titatem quod cō̄trariet

e Et cū sufficiens ē diu fortem face
insfficie ? nō vehemēs sit diutiū
teticū farmacū. si uō ei q̄ insuffi
cie sit p̄mis ōīo existāt i p̄fūdo
uō sit evacuatōe īdigēs ? ītūdē
? augē o; diuforsā farmaci ei
titatē. evanescz eī difficiles. p̄us
q̄ ad p̄fūd' p̄ueniat. nz tū ledz ad
ei q̄ insufficiat attīgz q̄m ñ p̄ussi
lē. iterz ? ñc ī illo ip̄m ? ? ut ac
cidūt ad usū calior simli? ad
medicamīnū q̄ insufficiat sustinētia.
? ip̄fūdo īdigītia hē g̃ ip̄nc p̄
tis accipiam⁹ ōnsionem.

ne in̄ ei un

ugentur ei virtus. et iam dimum tum est usque consequitur qualitate et sermo eius in hac significatione intellectus est quam multum intenditur consolidatio in eo.

Et nunc consideravimus aut remaneret alia ex eo quod necessarium est in curatione scilicet in curatione apparatus proprii.

Et videtur michi quod remanet res non pauce quod est quia ex membris infirmis in quibus est solutio continuitatis que occurrit ad ea. alia sunt que sunt rara in natura sua. laxa mollia. et alia que sunt spissa viscosa dura.

Ultra quod modus curationis et medicationis sit diversus etiam secundum diversitatem membrorum in raritate et lenitate et spissitudine. et duritie. et flexibilitate et soliditate.

Quedam ergo ex membris secundum modum primum evacuatur velociter et quod est secundum modum indiget ut evacuetur cum medicinis que sunt acutiores illis. et indiget ut sint ille medicine stipticiores quod si illa sunt ille partes submerse valde profunde tunc sunt magis indigentes illo modo. conserva ergo hunc modum alium significationis

secundum curationem superius dictam est ista videlicet modus primus est ut si infirmum est membrum rara fluxa lenia. ita quod in illis est evacuatio velociter sufficit ergo eis ex medicinis resolutivis debiles ex illis medicinis. et modus secundus est ut sint membra spissa viscosa dura difficile. i. est ut quod in illis est evacuetur. quapropter indigent ex medicinis resolutivis que sunt fortiores et stipticiores. et quanto plus sunt longinquiora in profundo indigent eo quod est vehementioris virtutis. et plus stipticitatis. jam ergo diversus est iste modus curationis secundum diversitatem dispositionis membrorum.

Sumitur significatio alia secundum curationem ex positione membri et quantitate

Intelligit quod non scilicet ad aliud sufficit in significatione secundum modum scilicet curationis curationis totum illud quod primum in donec fiat ei quod etiam significatio sumpta ex forma membri et quantitate eius ad aliud. et Galienus quidem

De hinc vero memoravimus si dictum est adaptandum ad curationem.

Videlicet autem de rectificatione primo ponere necessarium est eum que significantur in quibus est solutio continuitatis rectitudo que dicimus rara et laxa et mollia. Et vero sunt quod vero est et spissa et stricta et dura.

Priora ergo facile evacuantur alterum vero acutioribus indiget medicinis evacuantibus ei. et huius que sunt leptomera. si vero et minus proportionata sunt profunditatem. amplius autem magis huius hic ergo rursus constrictio. alterum est a substantia partis procedens.

Alterum vero a plasmatione et positione.

ponit huic capitulo quo exponit illud et perscrutatur exquisite sermone in eo — — — —

p one g° in ex°. quod g° q' dixi m° paulo ante accidit in epate et quia iam nunciatum in extremitatibus strictis venarum que sunt in eo humiditates viscose aut grosse. aut miste. est nec ammi... cibi et potius subtiliantes et subtili quantur in primis cum est grossitudo et viscositas deinde evacuetur res nociva non per vias strictas que non videntur tamen sic evacuantur ... membra sed per vias amplas quod est quoniam vene que sunt in epate sunt ex lateribus venis et sunt plus ... carum. et que sunt ex illis venis in gibbositate epatis perveniunt ad venam magnam que nominatur profunda et que sunt ex illis venis in late epatis concavo perveniunt ad venam magnam que nominatur porta. et propter illud fit facile quoniam accidit in venis epatis in quacumque duarum latitudinum sit viscositas ut evacuetur si fluxus faciens i... cum quibus re pura et adiutorio eius puro. cum ergo humiditas est inviscata in venis que sunt in late epatis concavo attrahis eam ad ventrem cum medicinis attractivis et quando inviscata est in venis que sunt in gibbositate epatis evacuas eam per urinam ex vena profunda —

Quando accidit apostema in epate ... et evacuavit corpus totum et si est vincens sanguis ut per flebotomiam et si est humor colericus tunc per illud quod educit coleram. et si est humor melancolicus tunc

‡ ibi al. facile

Supponatur enim si ita accidit in epate propter dominium et dispositionem angustiis ... vasorum et oppilatis humoribus glutinosis aut grossis aut mixtis. igitur non properat est cibis et potibus extenuantibus spissitudinem que prima et glutinositatem tenuem efficere ... non per invisibiles angustos solum ut in aliis partibus. sed per poros et amplas venas evacuare. amplissime enim sunt ... que vene. quoniam ad ea plurime fluunt ... que in gibbis sunt. hec enim in symis et pilas ... intestina. ideo ... facillime est in quibus ... sunt in concavitates evacuare propter eas. ... quod invenitur ... humor concavi erit ... eas in simis venas. ad inferiores non convenit ... venam que secundum eas que in eis sunt venas.

d' angustias

p illud quod educit colam· et si e
humor melancolicus· tunc p id
quod educit melancoliam et sim
hoc exemplum in reliquis· et
accidit post illud attento diu sa·
deinde considera nam si intuscate
sunt in extremitatibus venarum
eius strictarum humiditates grosse
et viscose aut ministra ci (marg.: et viscose)
bos et potus subtiliantes ut sub (marg.: congruentes)
tiliantur p eos i primis grossi
tudo et viscositas. Deinde euacu
amus p illud id quod collectum e
in epate· si g est illud in gibbo
sitate epatis conamur illud euacu
are p urinam et si est in concaui
tate epatis conamur euacuare i
p medicinas attractiuas et similiter fa
ciam in emplastris que ponantur super ipsum
et si tu fuis rememorans totum
quod preiuit tunc intelliges ex te
ipso sermone Galieni ipse n· e intel
lectus et non indiget expone et
non dixit cibos et potus subtiliantes
i absterssione ei quod intuscatur i e
pate: nisi ppter ea quod medicatio cum
cibis est melior medicatione cum me
dicinis et determinabo illud determi (marg.: et poti bz)
natione amplior hac p illud quod
sequitur ex sermone i capitulo
epatis et meliores cibis subtilia (marg.: et das)
tes epar sunt capparis, conditi cum aceto
et aqua similiter condita et meliores po
tus subtiliantes sunt secaniabin et quod cur
rerit hic sim
Et sumitur cum eo quod narra

uimus significatio illa sim curatione
epatis propter ea quod ipsum est radix
venarum quod e quia cum regi
men (necem) eius non fit sibi ipsi tamen sic
maior pars membrorum sed effluat
virtus ex eo in venis non fit
securitas si mollificamus uirtu
tem eius in fundendo ipsum cum
oleis et aministratio emplastrorum mol
lificantium et resoluentium qui debi
litetur ipsum in primis in operatione
sua· deinde debilitentur debilita
tione ipsius omnes vene et propter illud om
nia nutriantur i eo quod ponimus su
per epar quedam medicinas stipticas– (marg.: et sig)
Iste e modus aliud sanguinis (marg.: nis sup)
ex virtute membri cum g (marg.: te)
epar sit membrum principale et prin
cipium virtutum naturalium et
sit ex eius omnibus euacuationis eius
quod collectum e in ipso potio
medicinarum resoluentium super ipsum

de quod medicatio cum cibis e melior medicatione cum medicinis

1 Itaque non consideratio (hus) nisi procedere sine oste
sionibus ab extremitate cum a principio uenarum·
con menti non se ipsum solum quia ad plurime
animal partes regimen naturam e· sed inmit
tit uirtutem uenis· periculum etiam e si dis
soluimus ei uirtutem embrocis et cata
plasmatibus calasticis· et ipsum p
num debilitare et opponere et uellat
les omnes efficere uenas· unde admiscen
dum aliquid stipticorum farmacorum in eis

tionibus eius.

declarat Gal. hoc sermone quod
iste cauo sit diuisus in membris
principalibus quoniam ista membra egent
ut conseruentur uirtutes eorum
super ea et propter illud oportet ut misceantur
cum medicinis resoluentibus gradatim
dum quedam medicine confortan
tes sint que sunt stiptice et
in quibus est aromaticitas sicut
rosa et silo aloes et sandali. sed
quod ipse ostendit hoc sermone

Et cum sit locus epatis locus
longinque profunditatis non sit secu
ritas quoniam debilitetur uirtus medici
ne stiptice et destruatur antequam
perueniat ad ipsum si non sit cum aro
maticis eius sed alia uirtus faciens
eam peruenire sicut est natura rerum
aromaticarum et melius quidem est
ut medicina sic agitans ut sit
stiptica et sic aromatica. nam
quando ipsa agitat habet duas uirtutes
est eius operatio fortior

Iam precedit expositio huius in eo quod sermonis
precedit est

Pone ergo tu euacuatum rem
quod erat contempta in hoc ultimo
secundum diuisitatem rei et redit
ex qualitate chimorum ad rem
naturalem. oportet ergo apud illud ut
tu cogites et consideres ut non
sit complexio epatis immutata ex qualitate
illius humiditatis que erat re
tenta in ipso et infrigidauit ipsum sic
patet ex ea quando fuerit flegmatica aut co
lericum ex ea si fuerit ex genere colere.
hoc deinde rectifices complexione
eius. et si est corrupta et facias
ipsum redire ad sanitatem
reductione integra et rectificatione quod
complexionis est ut tu intromittas
super ipsum qualitatem contrariam

sandala mirtus absinthium rosa — viola aloe

Sed quoniam est in profundo. preterea est dissol
ui stiptica uirtute si non deducatur ab
aliqua altera sicut leptomia qualem notificauit
cum. oportet ergo super ipsum stipticam formam
cum sit actu sit aromaticum est. insistas ei
duas habens qualitates et uirtutes fortius
operabitur.

Igitur euacuabis quod ... precipit supra et intelliga
tur et ponitur ut habeat complexionem humorum secundum modum composi
tionis ergo est nobis in hoc ne ad rem qualitatem
mutatum sit secundum eam. si quod magis flegmaticum est infri
gidatum est si uero magis colericum. calefactum est. et
habet eius distemperantia sanantes perfecte sanum re
linquimus id est amabimus uero contrarium adducentes qua
litatem que ad indistemperantiam dominium est ...

ei sic iã dix[it] in curatõe cõplõ
nis male

Intellige illud quod dixit in epate et in hoc sermone et in reliquis mebris in quibz sunt apata. nam cum digeres post euacuatonem mati e apostematis et eradicatõis e ius ex menbro ut consideres menbrum. nam si iam accidit in eo ab illa matia malicia cõplõnis tunc remanet in cura tõne eius medicatõ huius egrtudinis. et sermo gal' est intellectus considerã gº ipm

Et oz si est calefcm ut sit q̃titas infrigidatõnis in re qua infrigidam̃ ipm p q̃titatem quad est calefcm. s. p q̃titatẽ al' cal[i]ditatis qm addit sup cõplõnem cẽlẽ ẽ gº nccm in hoc etiam ut sis sciens caliditatem naturalem in h[oc] menbro quod ẽ qua si tu nõ sis q̃titatem caliditatis epatis natural' nõ scies q̃tum sit nũc calidius cõplõne sua illi

nec qñ oz te stare. et abstinẽ ab eius infrigidatõne. et sibi. si infrigidatur aliquod menbrorum et intendis ut calefacias ipm. deinde nõ sit q̃te q̃titatis sit frigus eius naturale nõ puenis ad sciam medicine q q̃ oz te calefacẽ ipm appie si potes scire qñ oporteat te abstinẽ et stare a calefactõne eius

Ostendit gal' p hunc sermonẽ quod nccẽ est medico ut sciat ipe cõplõnem cuiz menbrorum naturalẽ et conseruet eam in mente sua. cum gº accidit in eo apa. aut ali aegritudinibz aspiciat post cõsideratõnem suam in curatõne egrtudinis et complementũ eius q̃te q̃titatis sit illud quod mutatur illa egritudo de cõplõne mẽbri. et curet illud q eo quod cõtur q̃titati eius ex eo quod ẽ cõtrarium ei. et ponit exemplum i hoc capitulo significatio(?) in cõplõne epar nam quãdo accidit in eo apa et curamus ipm usque compleatur eius sanatõ nõ statim et nõ abstinemus a curatõne donec cõsiderũ

Ingsitũ unicuique scim ẽ calius in natũ infgidtes. itẽz et h[oc] ruit illum̃ scii nccm ẽ scire eã q̃ b nz eucuaï ei. qñ ei sciens quantũ ab eo q ẽ b nz frius a calius. aũ qñ infig dantes cessabi[mus] cõgnoscẽtes mod ei q̃ k nz calitatis. ita uõ et si frius scim calefaciam[us] cõgnoscẽ tibz mod ei q̃ b nz fritatis. et ipo[sibi]le est nobis nz inuenire calefacies medicamĩ cõuenẽ. nz cessare ẽ calefacientibz.

cōtē cōtrietatis sit illud quod muta
uit complōnem eius a complōne sua
naturali. si g° fctm est calid
us infrigidamus illud cū cōtrieta
te eius quod addit caliditatem
eius et sic si infrigidatur ca
lefaciamus ipm. et si humecta
tur exsiccamus ipm. et si exsic
catur humectamus ipm. cum
g° reducimus ipm ad complōnem
eius naturalem abstinemus tūc
a medicatōne. et postq̄ cessa
uit ab hoc exemplo iudicatur
iudiciū gnāle in oībus membris et
dixit et sic si infrigidatur a
liquod membrorum. oz ut sciās cōtē cō
trietatis sit frigus eius a re illa et
calefac ipm cū illa cōtrietate donec
redeat ad complōnem suam natura
lem et ipe iam dixit in eo quod
pcessit paulo ante thimi que athuc
donec apostemetur ex eis memb
mutant complōnem membri ad
quod athumc' sm cōtrietatem suā.
ethimi quidem flātici infrigidant
et colici calefaciūt. et sm hanc si
militudinem infrigidat humor
melicus. et diuisa fit dispō in colā
adusta. nam si remanet in ea
residuū caliditatis aut sē hu
adusti existentes colici tunc cale
faciūt et si nō remanet in ea re
siduū caliditatis aut humores ad
usti sunt flā flgm salsum. aut
hu. melancolicus tunc infrigidat
et apud hanc dispōnem conside
que apta curasti. et considā m̄

brum in quo accidit et considā cō
trium recessit complō eius naturalis
g° reducis ipm ad naturam su
am cū medicinis cōtrariis. et pone cō
trietates qualitatis eorum equales cōtrieta
ti exitus membri a complexione
(sua)
Et cum iam locuti sumus in illo
p illud in quo est sufficiencia tē
oz ut ueniamus sup membra que sūt
ī uīo egrediencia a cursu natu
li et illud ē sm duos modos quorum
unus est additō. et alter dimi
Postq̄ posuit Gal' sermonem (unitō)
nem in canonibus egritudinis
curatōnis ste in cōtrietate pp du
as res una earum est quia minus pced
pone cōtrietatem natura. et al
tu ē quod plimū sermonis in cu
ratōne duarum egritudinum est u
nū sicut apebit ex sermone
eius in sequentibus et pp has duas
res pmittit sermonem in cano
nibus curatōnis egritudinis ste
in uīo. deinde sequitur uō ipm cū
canonibus curatōnis egritudinis
ste in cōtrietate. et illud quod uult
p sermonem suū illū est quia (?) al'
nō cessauit a doctrina canonis cu
ratōnis egritudinis ste in ste. et de
terminauit canones curatōnis in
apacibus est illud docens discipulū

Qm̄ uō de hiis sufficient dcm̄ ē
tīhire iam uł oz ad ea q̄ fuim
nūr nū se hnt. duplici uō eorum
exīte dcā.

ad hoc ut fiat sup eum scia cura
tionis omnis egritudinis q̄pp seq
illud dicendo canones curationis
egritudinis fc̄e in mo. et spes
eius sunt due una ear est addi
tō. et alt'a diminutō ~ ~ ~

Cum g° aliq̄d mēbr̄u diminuc̄
tc̄ intentō eius in curatōne est
reducē illam rem que diminuta
est et illud est ut ministres na
ture et adiuves eam sup opa
tōnem suam sm modū quē nar
ram paulo ante ~ ~ ~

al' mod' Modis q̄ narraui paulo an̄
de seruitō nature et adiuto
rio eius sc̄ s; ut generet quod di
minutum est dare infirmo cibos
et potus cōuenientes. et facē diges
tionem bonā in stō et in epte. et
venis et rectificare cōplonem
et silr situat membri. et fricatō eius pna le
et embrocatō eius cum aq̄ tepi
da et in unctō eius cū olō aliquo et
potō medicinar attrahentiū sc̄ ipm
cū equalitate ut attrahatur ad ipm
de sanguine i ad faciat ii mb̄ dimi
nutū reqiro

Et qm̄ additur aliquid l aliquo m̄
bror tunc intentō i curatōne eius
est incisio eius a ferro aut cū
igne adurente aut medicina adurente

Dixit Gal' tres res incidentes
membrū additū sc̄ ii sicut cu
tellus et spatumule. et forfices
et cauteriū cū igne. et cauterium cū
medicina adurente. ut simus sci
entes ex his tribus illud quod
exigit testificatō de virtute i
firmi et debilitate eius et vol
luntate ipī. et timore eius. et ex
eo quod exigit estimatō artifici
al' judicio incisio membror naturalium diuisa sit
sicut incisio emoroidar et carnis
addite innate in ulcē. Nos n. qm̄
incidim' illud cū ferro et qm̄ cū igne
et qm̄ cū medicinis adurentibus incidim' q̄
et nō facim' unūquodq; hor cum
nisi sm cōuenientiam et mag' ulti
mū in iuuamento curatōnis ~ ~ Alr̄ et

Et nō forsitam in oī membro q' est sanatō etiā in oī mbro qd fit addatō ē fcē ut fit in
diminutum est possibile ut gene
retur i qd diminuc̄ ex eo sicut
ostendi i libro de sanitate ~ ~

Quandoq; fit additō et diminutō
in ipsa forma et qm̄ fit post
cōplementum forme. ego n. vidi
virum qui hēbat ex additōne ne

Quibz ḡ q' deficit pticla. opor
tet hīc ītensio ē. suuentes uideb
nē f q' paulo an̄ dixi' mod'.
Quibz uo hūndat pticla. ītēn
tō ē hanc abscīdē ipām. aut p
nouacula aut p igne. aut p fārma
cū causticū.

Hac g' rōne fc̄ omīa pl'e est cu
rare. Signē uehm̄ ē omīa pl'e
ut tci q̄ desere ostinsit ē ozōne.

rectum et testiculos et vulvam
mulieris mulieris simul. et vidi digitum addi-
tum multociens et vidi unam que-
dam nasci. et erant ei duo capi-
ta separata. et diminutione vero vi-
di virum qui usque hodie vivus est
et non sunt ei manus neque pedes et
vidi qui natus est cum uno testi-
culo tantum. et vidi qui natus est
et non habebat vulvam neque papil-
lam. neque testiculos. et erat in forma
sua et in sinus moribus suis ultimum
assimilationis [illegible] et erat ei
foramen minutum ex quo mingebat
tantum. et vidi iterum qui natus fuit
cum barba et pilis pectinis et pilis ascella-
testiculorum. post nativitatem autem rum
accedunt res cum quibus minuuntur mem-
bra. sicut abscisio manus vel pedis vel
nasi aut auris. aut testiculorum aut
papille. et sicut circumcisio viri
et mulieris. et hoc est multum famo-
sum. de additione autem vidi [illegible] qui na-
tus est habens dentes additos et cuiusque
dam membra manifesta sunt. et ungula
[illegible] etiam est membrum additum in oculo. et
fit emoroides membrum additum et iam mulie-
rem vidi que est usque hodie in vita et erat
nata erat ei intra vulvam suam
emoroys longitudine digiti indi-
cis et eius grossitudine habens donec
prohibuit virum concumbere cum ea et
rogavit me incidere eam aut cura-
re ipsam et non fuit michi conveniens
facere illud ex ea quam ipsa habebat pu-

expatium in modo et tensum multum.
et eius est vermis regum hodie. ma-
nifestum est ergo ex hiis omnibus quod
membra multa sunt addita quorum di-
minutio est impossibilis. et multa dimi-
nuta membra quorum additio non est po-
et iam ostendit Galienus in libro de sperma-
te quod membra que generantur de
spermate non est possibile ut redeant
quando minuuntur. et ostendit iterum quod
membra que nutriuntur non est possi-
bile ut addantur

Et membrum sunt membra que generantur non
sit possibile ut generentur ipsa eadem tamen
possibile est ut generetur loco eorum ali-
a ex eis que sunt loco eorum ex illo
est quod quando cadit ex aliquo membro
os totum possibile est ut generetur in
loco eius una alia preter os. et preter
carnem. una. n. que generatur in loco
ossis est q. sic caro poroydes aut
porus carnensis et quod plus extendit
cum ea tempus est ad porum decli-
nior. et in principio sunt ei fiunt ad car-

Quedam vero si ei non possibile est gignere facere tamen ad-
[illegible] ablato [illegible] alterum
[illegible] locum differentem ab osse et carne [illegible]
[illegible] locum eius ut [illegible] caro poroydis [illegible]
[illegible] duri [illegible]
magis [illegible] existens.

ncem declinior — — —
Iste sermo est intellectus et ipse
quidem in capitulo de curatione fra-
cture ossis ostendit quod partium ge-
nerat natura ex nutrimento
ossis. et sermo quidem iste exi-
git ut sit natura a parte inter
naturam ossis. est ergo illud quod
generatur in loco ossis diminuti
membrum medium inter naturam
carnis. et inter naturam ossis. quoniam
os cum eius nutrimento oportet ut
ipsum generari. iam declaratum est quod
sicut dixit Gal. quando cure porosidis aut
parum curantur et quanto plus exten-
ditur in eo tempus indurat et
fit ad naturam ossis declinior —

Cum ergo perditur aliquod membrum
et non est possibile ut generetur ita ut
redeat ipsum met nec aliquid simile
ei quod stetit loco eius erit inten-
tio tota ut ingeneretur membrum
decoratio aliqua sic fit in nervis quando cum
Quando diminuitur aliquid (et tamen)
membrum sicut si incidatur una
mamillarum. tunc non est possibile ut
nascatur aliquid. decoratur locus in-
cisionis ita ut faciamus ipsum rotun-
dum lenem. et ut color eius sit

color corporis aut propinquus ei. quod
est quia si pars eius est magis addita
et pars eius est magis diminuta
et quidam eius magis depressum et
color in ultimo seiunctionis coloris
corporis. tunc est fedum et in-
honestum ei qui curatur ipsum ex
medicis —

Et hoc genus egritudinis quod fit
in uno est quantitatis genus quod fit
in magnitudine quod est quoniam
species eius quod est in uno rerum naturalium
unum est propinquum genus quod est in magni-
tudine. et non fit diversa ei nisi in
specie eius altera que est in unione rerum quia
sunt in gravitate eius egredientes
a natura. et intentio prima in cura-
tione huius speciei est extirpatio illius rei
generate secundum diversitatem curationis na-
ture. et ablatio eius a membris in quo
generatur. si autem videas quod hec intentio
non est possibilis ut compleatur tunc

Secundum vero principia sanitatis dicemus magis exemplis
quoniam nos ponere per declarationem in eadem
enim filiis operi possimus. tertia nobis intentio est
in inveniendo aliqua compositione. ut declaravimus.

Explicitur vero tractatus quintus
qui hic totaliter quod sequitur est
totaliter ille propinquiter vero quintus in
gradibus septimi est terminatum.

Margin notes:

ex

caro in addita

que tamen est magis elevatum

constituentes fiunt de talibus

quantitatis
vel res egredientes a natura in propria ossium
[illegible] sicut caro superflua in ossibus
vel pinguedo vel que talis sicut albula, grandine
in oculo vel quod talis vnde in cute
[illegible] qua prima intentio ablatio
est sive per posse est ista curatio
ac si esset sicut in incisionibus de tali ablatione
regimen

quintum

intentio secunda in curatione eius est
ut prohibeat eam sicut prohibitio aque
que generatur in oculo.

Genus egritudinis facte in numero membrorum cuius species sunt additio et
diminutio est quantitas, genus egritu-
dinis in quantitate cuius species sunt
magnitudo et parvitas. quod est
quia per additionem magnifica-
ntur membra. et per diminutionem
diminuuntur membra. et diversitas
modorum est quod illud quod ad-
ditur in fractura in natura et
quod minuitur est egrediens a
natura. et propter illud intentio in
curatione eius est ablatio rei ge-
nerate secundum diversitatem eius, sicut in-
cisio et remotio eius a membro. et
intentio secunda est prohibitio eius
a membro sicut prohibitio aque que
generatur iterum in foramine
ad inferiorem concavitatem uvee.

Et quando diminutio non est diminu-
tio membri totius sed diminutio par-
tis membri et est additio etiam
secundum hanc similitudinem, tunc inten-
tio in curatione eius quod di-
minutum est, est ante incremen-
tum membri aut generatio eius

quod diminutum est ex eo. et in-
tentio in curatione eius quod ad-
ditum est incisio rei addite aut
extenuatio eius et ipsius liquefactio.

Cum vero additio et diminutio quan-
do sunt in membro toto sicut
digitus additus aut diminutus
totus, tunc illud non est ex egri-
tudine facta in numero sed ex egritudine facta
in quantitate. et hoc est quod additio vel di-
minutio fiunt in membris remanente
secundum numerum suum. diminutio quidem sicut
si extenuatur aliquod membrum
et minuatur quantitas eius, tunc
intentio in curatione huius diminu-
tionis est etiam dare cibos et po-
tus convenientes et facere ut bona
sit digestio et embrocatio membri cum
aqua tepida et fricatio eius temperata
et inunctio eius cum oleo aliquo tepi-
do et potio medicinarum calefacien-
tium et mordicatio per percussionem
cum virga et emplastratio cum pice
et reliqua que ad ipsum trahunt san-
guinem quo natura reducit di-
minutionem eius donec redit ad
quantitatem suam. que vero est addi-
tio quidem sicut si ingrossatur ali-
quod membrum et magnificatur
quantitas eius, tunc intentio in cura-
tione huius additionis est minora-
tio ciborum et potuum et fricatio mul-
ta dura et medicine resolven-
tes et sepius super [illegible] et [illegible]

fortasse vel

— sicut ungula. ipsa enim est [illegible]
fractura oculi. quia si non [illegible] post quam abl-
atio et remotio amborum [illegible]

ad uvee

[illegible]

In quo quod prima intentio ablatio
est si [illegible] [illegible] [illegible] fiat secundum
sicut in [illegible].
Querendum non in totis partibus sed in parti-
bus partium deficientibus deficiunt et secundum [illegible]
[illegible] ab eo quia non nutritio quod aut
generatio in deficientibus ablatio

non et purgatio in superhabundantibus.

duram et harenosam et exiccatum forte et reliquum que resoluuntur ex membro et minuerunt ex intumento eius

Et propter illud non est intentio in curatione harum rerum alia ab intentione in curatione eius quod narrauimus ante eas. Verum natura medicinarum que conueniunt eis in genere est alia a natura medicinarum que conueniunt illis.

Et illud quia iam ostensum est de curatione egritudinis factae in quantitate quia est similis curationi egritudinis factae in numero. et intentiones sunt vne scilicet similes et similiter est dispositio in natura medicinarum. nam medicine quibus inquiritur additio in duabus egritudinibus sunt vne natura. et medicine quibus inquiritur diminutio in duabus egritudinibus etiam sunt vne natura. et similiter reliquum regimen. hoc est genus ultimum quod loquimur in curatione egritudinis factae in quantitate.

Et oportet ut veniamus super genus ad causas sanitatis. cum rememoratio

super nos remansit. et est genus quod rectificat nocumentum accidentia in situ membrorum sicut dislocatio. aut intestinum quod descendit et cadit in chistim ~~testiculorum~~ [ploe] testiculorum.

Hoc genus est ultimum generum nocumentorum accidentium in compositione membrorum. et sinistro est intellectus [eius in eo]

Et dislocatio quidem fit aut extensione aut expulsione laboriosa. et descensus intestini ergo ad kistim testiculorum. fit autem ex ruptura que accidit in panniculo qui continet intestina. aut [ex dislocatione] ex dilatatione meatus qui descendit ex illo panniculo ad kistim testiculorum.

Galienus docuit in hoc sermone causas dislocationis iuncture et descensionis intestini ad kistim testiculorum donec accepit eorum significationem super curationem eorum.

Et propter illud fit rectificatio

Unde in intentione uertitur altera in se forma medicinarum altera sic generatur.

Set adiciatur ad hoc genus uerum eius salubrium cum corruptiuum est ex quo possunt lapsa corporum ut achimon et intestinum in oscitum ad in ossium.

Ait a hoc et solutionem continuitatis et in pulsione membrorum. hoc modo erupta est tantitate continentis.

Item et curo huic quod est continuationem et igitur impulsione. huic modo si fiat solidum ex eo continens.

al' p̄pssione

dislocationis p̄ tensionem · et impl

sionem ad diuisitatem illius p̄tis

ad q̄ separata fuit in iunctura ·

et descensus intestini ad bursam

testiculorum ita ut ingeneretur

in constrictione eius quod dilata

tum est ex illo panniculo qui co

Et tu iam exquisitus es (tenet p̄)

operationem medicine particula

rem tunc iste sermo tibi intellec

tus est · reducto quidem dislocationis

manifesta est · in iunctura secundo et co

strictio quidem dislocationis dilatati

est fuit cum medicinis exsiccatiuis

et cum medicinis cauterizatiuis · et cum

cauterio per ignem et cum ligatura

partis et compositione pile ex corii et

strictura eius super eam ad eam intromissam et

melius est ut pila sit emplastrum compo

situm ex medicinis exsiccatiuis et

cauterizatiuis sicut folia cipressi et mir

tus et aloe et calx · et acacia · et

thus · et que sunt sicut illa —

Et ego quidam iam firmaui in

libro de ingenio sanitatis vias

que oportet te in consyderare in inuentione

causarum particularium quibus oportet te

scire has res —

Nisi quia iam scripsi in libro de

ingenio sanitatis sui determina

tionem · et exquisitionem omnes cano

nes · et vias quibus curatur una

quaque egritudinum quas inuenit in

hoc libro · et dat canones cuiusque cu

rationis eorum sui sermonis sume g

non sui exquisitionem · et determinatio

nem · hoc est g ultimum quod ipse

dedit in doctrina sua in hoc libro

de curationibus canonibus egritudinis

Et remansit super nos ut narremus

causas quas scripsimus ad dicendum

in eo quod precurrit de sermone nostro

et sunt cause que procedunt et

Multitudinis qui primum (conseruant — et que procedunt)

medicus et conseruat cum est et conseruat causas

et et fuit primum euadere a causa in egritudinem

(Et quia harum causarum sunt tria

genera primum est genus causarum

que procedunt et conseruant

corpus sanum saluum et genus secundum

est genus earum que procedunt · et con

seruant corpus quod non est

sanum · sed negatur ab eo aliquid

Et quod hoc dictum est de facultatibus earum

per preteritam inueniat presentem facul

tatis negotium declaratum est.

De hiis uero dictum est de eis que per preteritum ordi

ne accipientium uocatur prius uero

Triplex uero in hiis genus est · dicta est prima

que sanum preseruat hominis · secunda non preseruat · tercia uero egrita

tis · primum igitur genus est salubritatis negotium duplex est cui

ut prius dictum est · secunda uero est preseruatiue · tertia uero

tis preseruatiuo.

ex p dislocata

— al' p fascia p

ma al' p infirma

loca

al' ponat eis lass

al' determinatione

al' narrant

in ...

quas de eis

p sumatis

ab eo aliquid. et genus tercium est genus causarum que accedunt et conservant corpus infirmum et sciencia generis primi est ex sciencia conservationis sanitatis. et hoc genus sicut diximus ante est duobus modis et sciencia secundi generis est ex sciencia accessionis [scilicet preservatione] et sciencia generis tercii est sciencia ingenii sanitatis — — —

Intelligo quod accessio cum conservatione complectitur et contemplationem in istis generibus tribus quia alienatur. Genus quidem primum est conservatio sanitatis corporum que sunt in meliori formarum. et alterum est conservatio corporum sanorum diminutorum a meliore formarum. genus autem secundum secundum certitudinem et veritatem est accessio cum conservatione et est quod quando mutatur aliquid ex signis sanitatis propter separationem medici et destruatur eius mutationem antequam magnificetur et fiat fortis. et faciat evenire egritudinem. genus vero tercium est simpliciter ex ingenio sanitatis. et est resistencia causarum infirmancium et destructio earum. et Galenus determinat illud et dicit — — — — —

Et huius generis tercii sciencia propter est in chimus — — —

Aliud genus quod est tribus generibus causarum quarum precessit mentio et eorum sciencia — — — —

Et oportet ut sint chimi nec viscosi nec grossi nec subtiles aquosi nec multi nec calidiores quam oportet nec frigidiores nec mordicativi nec putridi nec sic est eorum qualitas mala.

Intellectum est ex hoc venenosa sermone quod vult quod chimi sint temperati laudabiles. et oportet ante expositionem huius sermonis ut intelligas nomen chimi quid sit illud quod significat. dico ergo quod cibi et potus primum coeunt in stomacho et decoquuntur et fit ex eis res quam nominant arabes chilum [illegible]. Deinde epar attrahit ex hoc chilo melius quod in sua eius est. et decoquit illud in se. et facit ex eo sanguinem quem etiam nominant arabes chimum [illegible] ut sit dicta intencio ipsius et

alienatur

[illegible] est duobus modis [illegible] conservatio sanitatis corporum [illegible] in meliori forma tali.

In humoribus non habet maxime consistentiam omne hoc genus.

Quos non glutinosos. et oportet non spissos. non acutos. non multos. non ampliores calidos aut frigidos. aut mordicaces. aut putridos. aut venenosos.

[illegible marginal note]

-sic

primum. et Gal. ostendit quod dispositio
huius sanguinis in epate dispositio vi
in doliis ni. sicut enim vinum est quando in prin
cipio suppositum expressum. sic
est sanguis. cum ergo completur in
eo fiunt ei quattuor species. una earum
vel est fex et spissius substantia et
secunda est illud quod non digeritur
ex eo et tertia est vinum ipsum. et
quarta est illud quod natat super
ipsum et quinta aquositas eius sub
tilis que fit vapor et resolvitur
ex eo. et similiter sanguinis fiunt quinque
species que nominantur chimi. u
na earum est fex eius et nomina
tur humor melancolicus et creator
quidem sublimis ordinavit splenem
ut attrahat hunc humorem ex san
guine. et secunda est illud cuius non
completur digestio ex sanguine
et nominatur humor flaticus et
non preparavit ei membrum ut attrahat
ipsum. quoniam possibile est ut alteretur
et compleatur digestio eius et fiat
sanguis. et tertia est sanguis ipsemet
x species purus. et quarta est illud quod ca
lefit ex eo et natat super ipsum sic
spuma et nominatur humor coli
cus et creator sublimis sublimis quidem prepara
vit ad receptionem huius humoris fel. et
quinta est aquositas eius. et ad receptionem
in huius subtilitatis ordinavit crea
tor sublimis lumbos. deinde san
guis profluit ex epate in venas
et associantur ei reliqui hu

mi. et multotiens illud quod genera
tur cum eo in concavitatibus re
num et propter illud dicitur quod sanguis
est deferens humores. scilicet quoniam in
veniuntur omnes humores q̄ius
.n. in sanguine qui est in venis
sic vincens naturam sanguinis
tamen in eo est etiam ex unoquoque horum
humorum pars propter iuvamenta quorum
rememorationis non est hic locus
et unumquodque membrorum attrahit
ex venis que veniunt sibi illud
quod est conveniens sibi ex sangui
ne. et resolvit illud et assimulat
per illam virtutem nutritivam
que sunt in eo. Iam ergo apparet
per illud quod determinavimus quod
chimi sunt agitati in sangui
ne. si ergo sunt viscosi aut gros
si est vincens super eos natura
flaticis aut humoris melici. et si
sunt subtiles aquosi est vincens super
eos natura aquositatis sangui
nis et si sunt multi sunt omnes ipsi ad
dicti sanguini propter rectitudinem et si sunt calidio
res quam oportet est vincens super eos na
tura cole. et si sunt frigidio quam oportet
res est vincens super eos aut fla
aut humor melancolicus et si sunt
mordicativi est vincens super eos
acuitas et subtilitas et si sunt pu
trida est vincens super eos corrup
tio et generatur ex corruptione
eorum species multe male sicut species
cole citrine egresse a natura

et spēs flāti mali egressi a uū
et spēs colre nigre et fortasse
generatur ex corruptōne e
or cui est natura e natura
veneni. et corrumpit corpus
totum sicut illud quod fit ex
corruptōne spmatis int cor
et sicut eleuatur ex pollice
vapor qui gnatur ex hūore
malo in eo. et ascendit ad cēbm
et facit epilensiam. Gal. n. vi
dit hanc spēm eplē. et vidimus
etiam nos spēm epilensie mira
bilem. et est quod quidem sep
tem sentiebat in bⁱchio suo dextro
in mense semel aut deambulatōne
rei fre ascendentis sursum donec
pveniebat ad caput eius. et cum
gº pveniebat ad caput eius acci
debat ei ex ipsa poxim epilensie le
nis

Isti .n. chimi qui adduntur in illis
dispōnibz sunt cāe egritudinis —
Chimi uiscosi aut grossi faciunt sp
opilacōnes et alias flāticas eg
ritudines. et melancolicas. et sili
chimi frigidi. et chimi subtiles a
quosi faciunt egritudines. aquo
sas sicut ydropisim et multitudo
facit egritudines replecōales. et
calefaciunt egritudines colicas
et alias egritudines calidas. et
mordicatiui faciunt egritudines
in quibz est mordicatō fortis et
putridi et faciunt egritudinibz
ex

Augmentati ei cāe erunt egritu.

spēs egritudinū diuisas sicut febr
putridas et ulcā et alchabate et
sed hanc silitudinem in utroque
corr
Et quia est corr additō ex illa
causa que fuit radix ex q fuit
corr generatō. et quia ē ipe ea qd
recipiunt hūores in corpore et
alteratum altitunt eos ad silitudi
nem eius sed quod ipsi sunt —
Dico quod additō cuius corr q dixit
in chimis fit a duabz rebus
aut a causis generantibz eos. sic
a cepis. et aliis et pipe generatur
chimus calidus. et a lacte et a
piscibz generatur chimus frigidus
et a carne taurorum et alium sil
uestrium et que sunt de genere eorum
generatur chimus grossus niger
et altera est ne accedat in corpo
re chimor malus et cum puene
rit ad ipsum sanguis laudabilis bo
nus resoluit ipsum. et corrumpit
eum et permutat ipsum ad naturā
suā malā —
Et medicacōni corporis sunt
due intencōnes. una quarum ē alteratō
et altera ē euacuatō — — —
Scilz medicacōi ē chimor malorum

Augmentum uero alterius quod est ab ei ca q eos
genuit prima a qua nos mutites eos
sibi qs sr cor hūores.
Intentō uo in hiis causibz dupx ē.
alteratō et euacuatō.

due sunt intentiones. Una enim est alteratio malitie chimi donec redit ad equalitatem suam bonam et altera evacuatio chimi mali et extractio eius a corpore.

Alteratio quoque chimorum fit ab ipso corpore quando digerit eos aut ex virtutibus quarundam medicinarum et in hoc genere medicinarum ingrediuntur ille que sanant ex venenis habentium venena et ex medicinis que sunt ex genere venenorum.

Alteratio chimi mali donec redeat ex malitia sua ad bonitatem fit per duas res. Una enim est ut vincat eum natura et digerat ipsum et digestio eius duobus modis. Unus enim est ut vincat natura membri chimum malum et removeat malitiam eius et permutet ipsum ad sanguinem bonum membri sicut digerit flegma dulce et permutat ipsum ad sanguinem. Et alter est ut vincat natura membri chimum malum et alteret malitiam eius et faciat ipsum inter eum qui est similis et inter illum qui est extra naturam sicut facit in permutatione chimi mali in apostemate et digerit ipsum et facit ipsum pus et sic facit in febre quia digerit humorem et evacuat eum in hora crisis. Et alteratio ex virtutibus medicinarum facientium evadere est quoniam in quibusdam medicinis sunt virtutes facientes evadere ex malitia chimorum et non est via ad cognitionem harum virtutum facientium evadere nisi per experimentum solum sicut ostendit Gal. in tractatu quinto libri sui in medicinis simplicibus. Et de proprietate medicinarum facientium evadere est ut confortentur membra interiora sicut confortant ea medicine aromatice stiptice. Si ergo aggregatur in medicina faciente evadere ut sit aromatica et stiptica et faciens evadere sit, tunc si non est aliquid melius ea in confortatione membrorum interiorum et in faciendo evadere corpus ex malitia chimorum. Et ex genere medicinarum facientium evadere sunt que faciunt evadere ex venenis habentium venena et ex medicinis interficientibus ad cognitionem quorum non est via etiam nisi per experimentum. Gal. n. ostendit in tractatu quinto quod non est semita ad cognoscendum aliquid ex virtutibus medicinarum solventium et medicinarum interficientium et medicinarum facientium evadere quibus efficiuntur has operationes nisi per experimentum solum. Et tyriaca quidem est composita ex medicinis facientibus evadere ex venenis et ex facientibus evadere ex medicinis interficientibus. Et ideo etiam ut inquirere

al' vincat

al' confortative

Alterantur quoque aut digesti ab ipso corpore aut a quibusdam farmacis virtutibus in quibus est quod virtutes continent venenatorum aliorum. Ad hoc deleteria farmaca recipientes.

medicine faci

ro m[edic]ina est que ex tyriaca off[iciali] fiet sp[iritu]a aut[em]
h[ec] ex malitia eorum c[...] est venenosa
medicine facientes evade[re] ex ma
licia chimi. Id est quod ex malicia
chimorum est cuius virtus est vene
nosa omnes ut inquirintur species me
dicinarum quibus faciunt evadere ex
eo. et ego quidem iam expertus
sum et inveni camphoram medici
nam facientem evadere ex putre
dine chimorum et propter illud dedi ip
sam in egritudinibus in potu
pestilencialibus et in febribus putridis
et inveni cum ea illud quod vidi
esse iuvamentum et minuit in v
nata egritudinum putrefactione.
et nudicitatem autem chimi digerunt
medicine digerentes sicut crocus
et spica. et asarum. et cassia ceti
al. et cinamomum et viscositatem
autem humorum et grossitudinem
eorum faciunt evadere medicine subti
liantes et ex frigore faciunt eva
dere medicine infrigidantes et
ex eorum debilitate faciunt evadere
medicine ingrossantes — —

Et evacuatio eorum fit per medi
cinas calefacientes fortiter.

et per solutionem et per clistere. et per su

dorem et per vomitum et iste

quidem sunt species evacuationum

calefacientes est ex calore faciunt evade[re]
medicine infrigidantes

Evacuatio vero accidit sufficienter
farmaciis et per geniculis et clisteribus
et sudoribus et vomitibus. hec quidem sunt
viri omnes evacuationes.

omnium — —

Evacuatio autem omnis chimi fit per illud
quod accidit quoniam ex medici
nis solum sine alio. Semper in me
dicine accidit in eis quod si con
fortetur [illegible]uat evacuat
illum qui sequitur illum chimum
cuius exemplum est medicina que
evacuat colera si confortetur
evacuant post coleram flegma. et post
flegma humorem melicum. et post
melancoliam sanguinem. medici
na quidem que evacuat humorem
melancolicum si confortetur e
vacuat post illum flegma. et post flegma
coleram et post coleram sanguinem
et manifestum est quod chimus
sanguinis non omnes ut evacuetur quo
quam ipse fit malus propinquitatum ad
unum chimorum qui sunt similitudines
tes eius. scilicet aut ad melancoliam
aut ad flegma aut ad coleram aut ad
aquositatem. aut illud est quod quia
alterius fit unus horum humorum. sic
vero sanguinis ipsius est convenie[n]s
nature. quoniam omnia membra sumunt
Iam exposuit ypocras sermonem suum hic quod apparet de interioribus oculorum in hora somni in sermone suo. Et si appareat aliquid ex albis eorum palpebris conclusis et addit in certitudine huius sermonis sermonem suum qui est deinde non sit illud aut solutione aut potu medicine solutive et oportet quod nos ad illud addamus aliquam rem cum alia cuius virtus sit huius virtutis et ego quidem sum aggregans huius sermonis intentionem in summa una. Dico igitur quod hoc accidens accidit a debilitate virtutis moventis palpebras et est sufficiens si non fuit eventus eius a quibusdam causis extrinsecis que indigent esse extrinsece in faciendo evenire hoc accidens ut consuetudo sine de vehementia virtutis sue ut prosternant virtutem et mollificent eam sicut solutio vel diarria vel potus medicine. tedium vel angustia vehemens et vigilie et cibi privatio et processio sanguinis superflui et reliquie evacuationes precedentes quantitatem equalem sicut illud quod paulo ante dixi et ypocras intentio est quod in egritudines pernitiosas omnis illius exceptis que apparent in facie tunc significantur in hoc suo sermone quod expediunt nisi dixit dicens non fuit illud aut a solutione aut potu medicine solutive quod est. quia antecessit et excepit in sermone suo in facie mortem significante ubi dixit aut lenitas ventris eius lenitate vehementi. sermo vero eius lenitas ventris eius hic est solutionis et fluxus qui fit potu medicine solutive. Similiter in hoc sermone quod incepit inceptione secundi quod determinative accidentium provocantium addit similiter exceptionem quod oportet ut excipiatur in eo igitur necto faciet [illegible]

Et si palpebre fiunt inflexe aut fusce vel livide. aut fiunt labia vel nasus in hac dispositione quodlibet illorum significatorum reliquorum tunc oportet ut scias infirmum esse propinquum morti — — —

In pluribus scripturis sicut hoc invenimus inceptio huius sermonis scripta et invenimus etiam in eorum quibusdam locis mutationem [illegible] tuncque accidit membris quibus accidit frigus et hoc quidem accidens significat mortem membrorum aut frigus corporum. aut etiam lividitas inflexio autem palpebrarum significat spasmum aut mollificationem unius duorum lacertorum qui aperiunt oculum. et ambe iste egritudines inficiunt infirmum quod reliqua signa significant similiter illius et significant sicut illud ypocras in sermone quorundam illorum significatorum quod dixit quod non sufficit solum in significationibus sicut mortem

Et oportet ut inveniat medicus infir-

Et si palpebre in visu fiunt aut livide aut labia similiter fiunt livida vel contracta aut nares distorte. huius signa sunt solum signa con[illegible] mortem prius iudicabis.

Bonum est invenire iacentem in dextro latere aut sinistro. collum tamen in dextro. et manus et pedes et [illegible] non in nimio spasmo distensa et totum corpus in sua dispositione flexibile et non rigidum quemadmodum habitudo sanis est familiaris et amica et eius iacere in modum sani melius est.

Thorasshym [illegible]

Solutione

ventris

[illegible] spasmum [illegible]

diversi coloris

egrum

Spasmus est contractio membrorum vel nervorum [illegible]

Iacentem [illegible] dextro latere propter adventum [illegible] quia dextro [illegible] magis [illegible] magis apparet [illegible]

num iacentem super unum laterum suorum aut dextrum aut sinistrum et manus eius aut pedes et cervicem flexibiles parum et corpus eius totum in comparatione humidum quem plures sani iacent in sompno nisi cum hac dispositione et laudabilior decubitus est qui sanorum decubitui magis est similis — — —

Sermo iste est significatio ypocratis quam determinavit in primo suo sermone in eo a summo significationes preciosa quare quidem incipit narrare in hoc sermone narrare significationes que apparent in toto corpore et non incepit in illo inceptione secunda sed continuavit illud cum eo quod precessit de sermone suo quod est quod precessit et dixit in sermone suo in facie scilicet mortem significante quod oportet ut consideres reliquas significationes in corpore toto vel in oculis ... propter illud reliquas significationes in corpore una cum ... significatione alterius sermo eius. et oportet ut inveniat medicus infirmum in hora qua ingreditur super eum iacentem super unum duorum laterum eius non super dorsum ipsius sicut qui habet mollificationem non fit nisi significatio laudabilis quia significat vehementiam virtutis retinentis corpus figentis ipsum cum lateris sic significat scilicet debilitatem virtutis huius est. ut non inveniatur infirmo est possibile iacere super unum suorum duorum laterum et ypocras quidem innuit in sermone suo primo rem communem in corpore omnium eius quam plures non iacent in sompno nisi hac dispositione. et ideo est quia oportet ut inveniat medicus infirmum iacentem secundum hunc modum in hora in qua ingreditur super eum oportet ut intelligas te ab eo quamvis illud non dixit quod est quia non absolvit sermonem suum. et dixit et oportet ut inveniatur infirmum iacentem super unum laterum suorum sed addidit ad illud rememorationem medici. deinde dixit post illud. et oportet ut sint manus et pedes et cervix duplicata de consuetudine nam plurimum sanorum est ut iaceant in sompno cum hac dispositione et ipse quidem comprehendit per sermonem suum scilicet plures sani rem aliam quod in pronosticatione fit iuvamentum cuius indiges semper quamvis dimittis rememorationem eius in aliqua horarum. et est quia qui invenis in eo est propinquum veniens infirmorum ... non quod oportet ut ponas considerationem ad illud quod est quia oportet quem videris infirmum iacentem in sompno sicut de consuetudine plurimum sanorum est ut laudes decubitum eius. et quem videris decubitum eius diversum ab illo non oportet ut vituperes illum quamvis sic significat mala. immo inquire et considera an de consuetudine infirmi fuerit ut iaceat in sompno cum illa dispositione. nam si ita fuit non est significatio vituperabilis. sermone vero suo scilicet corpus eius totum in comparatione propria humidum

posint, propter corpus i. propter gravitationem
ad ipsum extensum supinum sicut quod
est quia oportet manus et pedes ut sint
duplicabiles partium et totum corpus
et oportet ut sit decubitus secundum hunc modum
i. ut sit figura eius longinqua ab ex-
tremitatibus figure ante decubitus con-
sequentis egritudinem. sunt in quibus est
corpus tensum in ultimo tensionis ille
cuius manus et pedes et os dorsi et ver-
tebre sunt spondiles colli sunt duplicati
in fine duplicationis et figure quidem
decubitus consequentis egritudinem acci-
dunt quando tenduntur cum intensione
vehementi sicut ostendi in libro meo de
motibus laterum. media autem inter has
figuras egressa ab egritate non est
extensa penitus et propter illud non minu-
it ypo. eam hinc diem quia supertendi-
ne ut natura corporum humidorum non est
ut tendantur —

Facere autem infirmum sic iacentem supinum cum
extensione manuum suarum et pedum suorum

et colli sui minoris est laudis quam illud —
Iste decubitus penitus non laudatur
et propter illud non oportet ut dicatur mino-
ris laudis quod non est laudabile non
est necesse ut dicatur minoris laudis quod
non est laudabile non est necesse ut di-
catur minoris laudis et ypo. quando si-
gnificavit quod iste decubitus non est
laudabilis omnino in sermone qui sequitur hunc
sermonem. et est eius sermo —
Si vigilavit et descendit in lec-
tum

Quia non est signum laudabile e-
grum cogere supino iacere brachiis
rigidis ac pedibus.

suos
et versus pedes suos tunc vero est decubitus —
Quod est quod sermo in hoc decubi-
tu quia est deterior significet quod
decubitus est aut non est malus et in quan-
dem videtur quod iste species decubitus sunt
medie inter vituperabilem et laudabi-
lem quia virtus earum non est mag-
na in significando sanitatem neque
in significando egritudinem. sed aut
sunt medie inter has species decubitus
aut declinant ad unam duarum ex-
tremitatum declinatione parva ita ut
sit possibile ei qui loquitur in eis ser-
mone non exquisito ut comparet eum cum
duabus extremitatibus. sed sicut fecit
ypo. in hoc loco in sermone suo. sed quod
iste decubitus est minoris laudis quam de-
cubitus primus et decubitus qui
sequitur est deterior eo et oportet ut sis
servans illud quod dixi. et est quia oportet
ut consideres ne sit decubitus infir-
mi sic collum suum curvum in consuetudine
eius. nam si fuit res ita et infir-
mus non inspexit medicum ingre-
dientem super eum tunc non erit ser-
mo ut estimetur quia iste decu-
bitus sit medius inter laudabilem
et vituperabilem. sed oportet ut causes semper
in speciebus laudabilibus decubitus et si non
fuit in consuetudine infirmi decubitus secundum
hanc figuram et fuit honorans
medicum qui ingreditur sic cum
vehementi verecundia ex eo tunc
non est significatio laudabilis et plus
illo si fuit non verecundus et propter hoc oportet ut
dicatur in hoc decubitu qui est me-
dius inter laudabilem et vituperabilem

in se ipso eius quod postremum declinat
ad duas extremitates secundum naturam
infirmi.

Quod si vigilaverit et perspirat in
lecto suo et suos pedes suos et est decli-
natus decubitus super latus consequitur
aliquam dispositionem similem et decubitus sicut col-
lum sic iacentis omnis et propter hoc est quando proicis cu-
dam sicut latus suum quietum procul dubio
sicut faciem suam aut sicut collum et similiter si
figuratur eum figuratione in qua tendit
ad superiora cadit versus pedes ideo quod
dixit ypocras in hac significatione quia ma-
la est quod est quia significat mortem
virtutis que tollat corpus.

Quod si invenimus in illo et pe-
des eius sint discooperti et non sint cale-
facti valde et iactat pedes suos et est
mentem suam in dispositione diversitatis et
agitationis tunc illud est malum propterea
quod significat angustiam.

Oportet rectius est quod deviat sermone si-
cut in additione sua et non sunt
calefacti valde quia infirmus cogit-
ur febre acuta valde discooperire pe-
des suos quando accenduntur in accensi-
one reliquorum membrorum quoniam non est
dispositio febris hec dispositio invenis deter-
gere infirmum suos pedes tunc

est signum mollitiem infirmi et quod habet
angustiam. et si inveneris figuram
re manus suas contineri et pedibus
suis fide sicut dixit ypocras in eis que
sunt premissa scilicet ut videas in lecto
pectus in dispositione agitationis et diver-
sitatis tunc scias quod illud est ma-
la signum quod est quia significat angus-
tiam sicut dixit ypocras et hec scilicet an-
gustia significat quod infirmus le-
ditur in omnibus figuris quibus figura-
tur et permutat semper de figu-
ra in figuram et quando inveneris in-
firmum iacentem sicut dixi et vi-
des eum semper mutare figuram
in qua iacet manus et pedes iactare
in dispositione diversitatis et agitationis
et sicut cuncti eius sunt plurimi scilicet
calor tunc scias quod habet angustiam aut
propter causam quam habet in ore stomachi aut propter de-
bilitatem sue virtutis postquam
cognovisti in illo voluntatem infir-
mi consideratione sunt ex mollibus per unum
quod terminatur ex omni eo quod accidit est
quoniam sit prava valde et debilis

Et ex signis mortis est ut dormiat infirmus
semper ore aperto.

Quando dormit infirmus semper o-
re aperto quando accidit illud ex causa
extrinseca aut ex calore aut ex
materia solutiva aut ex re aliqua cum
virtus sit hec virtus tunc illud est
ex debilitate virtutis moventis
lacertos qui aperiunt os et claudunt ipsum

Et si pervenit se a capite lecti
ad pedes lecti iactavit malum
signum non dubitabis.

Et si pedes nudos et tepidos
inveneris et inordinate cum labore cum
manibus et pedes iactaverit pessi-
mum est et angustie signum.

Eger si iacuerit reiecta est
nuce et ore aperto.

sic dixi in lateris qui movent palpe-
bre et ideo quod scriptum est quibus ce-
lebri sermo hic est hec scriptu-
ra et sunt hic invenimus eum scriptum
in quibusdam scripturis secundum diversitatem
eius quod scripsimus illum. sicut illud quod
invenitur scriptum in descriptione de
alexandris secundum hunc modum. et sig-
nificationibus malignius est ut sic infir-
mus ore aperto et ut dormiat semper.
In hoc autem sermone sunt due significa-
tiones. quarum una est aperto ore. et alia
assiduitas sompni et ypo. quod ostendit
in hac significatione secunda que est ma-
la quoniam non sit cum eo os apertum in h-
bro ... in die sompni et vigilie quoniam
unusquisque tenebit quantitatem easdem tunc
illud est malum et melius quod est
ut sint contenti per illud quod non volui
narrare os apertum nisi cum sompno. nos
autem non invenimus illud accidere secundum pluri-
mum nisi apud sompnum et invenies id infirmum
aperire os suum preter sompnum tunc scias
quod illud est significatio sive maledictio-
nis magnam malignitatis

Et ut pedes ei ipso iacente sint cum
cerem sua sit duplicata duplicatione ve-
hementi retorti

Invenimus in quibusdam scripturis lo-
co duplicati duplicatione vehe-
menti separati separatione vehemen-
ti. et iste quidem decubitus est ma-
lus quia significat punxionem ra-
tionis infirmi quod est quia cum non in-

Pedibus que tortis

venit aliquam quietem convertit ut iace-
at in sompno cum hac figura et si tu
scripseris etiam hunc sermonem secundum
quod scripsimus eum. scilicet duplicati duplica-
tione vehementi tunc illud est
iterum est decubitus malus quoniam ex ne-
cessitate ferventem non invenit aliquis
effice

Dormire autem infirmum super ventrem suum preter
quam iam est consuevit consuetudo ei in sanita-
te ipsius ut dormiat super ventrem
suum. tunc illud est significatio mala que
est quia significat punxionem rationis aut
dolorem in partibus ventris

Invenimus ypo. tamen dicitur ... fe-
cisse in omnibus istis sermonibus semper
cum diffinitione cum quoniam difficile discernere
eos sic distinguant per id inter illud
in quo non currit eius consuetudo que est quod
dormire super ventrem preter quod e-
rit consuetudo infirmi cum eo significat
aut punxionem rationis sicut decubi-
tus qui est ante ipsum. aut dolorem
in partibus ventris que est quia invenimus
nus multos ex eis qui habent dolorem in
suo ventre eligere hanc figuram apud sompnum

Et stare infirmum ad sedendum in hora
status egritudinis sue est malus val-
de in omnibus acutis egritudinibus

Aut si sub ventre preter solitum iacuit
malum est et ei alienationem mentis signi-
ficat vel ventris dolorem
Et si in augmento doloris repen-
te liberetur in omni egritudine acuta ma-
lum est. Peripleumonia pessima

apostema in pulmone

pulmone

et deterior est qui fit in pepleumoneis.
Quando homines peripleumonici senciunt in pectore
suo et pulmone gravedinem vehe
menter quando dormiunt super cinterem suum
et quando sedent est anhelitus eorum me
lior. quod est quia partes pectoris que
sunt in anteriori eius cadunt super dor
sum quando dormit super cinterem eius. quare
accidit ut inde constringatur pulmo
quoniam non ingreditur ad ipsum ex aere
quantitas qua fiat sufficiencia in cor
dis eventatione. In reliquis autem egritu
dinibus sessio infirmi in hora status
est mala. oportet ergo ut consideres illud consida
tione vehementi propter. autem non exce
pit in sermone suo unde significa
tionem mala valde. quod quia egritudo
facit accidere in hac hora propter quietem
et tranquillitatem propter vehementiam
sui laboris. et intendat aliquis mo
vere ipsum in hora hac irascitur inde
et fit super eum propter. quod accidit ... propter
illius ita quod saliat infirmus ad sede
dum in hora status egritudinis sine et
oportet ut scias quod illud est signum sit difficul
tatem anhelitus eius. aut super a
gustiam aut super perturbationem virtutis

Sudor autem veniens in febre cuius cu
ius non fuit consuetudine illa a principio sua est
significatio ... et mortis oportet ergo ut aude
das. et illud indices quod timetur super
infirmum de verrimis rebus simul
dam si fecit illud quod inde iam

ro eius est pronostica. tunc illud signum
quod pervenies ei iam appropinquat — —
Stridor dentium accidit quando movent
se lacerti qui sunt in temporibus et man
dibulis motu spasmi et ex hominibus
est cui accidit illud propter causam que accidit
in illis lacertis tantum. aut in principio
generationis eius aut in fine eius propter
aliquam causam et ex eis est cui accidit
illud quod in origine humorum accidit no
cumentum ex quo possibile est accidere nunc
qui ex ea eveniunt spasmi. et oportet
quidem ut scias quod compositione cuiusque membro
rum in unoquoque corpore est proprietas
que est propria ei non alii. et iam nar
ravimus illud in libris aliis sermone
amplo ultimo. In hoc autem libro suffi
ciat michi ut enunciem illud quod summa
rie et rogo agentes ut hanc
summam servant in horis omnibus.
et non inveniuntur ex hoc si accidit
origini humorum nocumentum in horis
diversis in corporibus multis ut acci
dat spasmus et tremor in lacertis diver
sis. nam sicut vides compositionem quorun
dam corporum compositionem bonam. et quorun
dam compositionem malam ab initio genera
tionis eorum ita ut quidem eorum sit
citius velocius super quidam eorum sit extre
difficul et sicut invenis ea diversifica
ri in debilitate et fortitudine in re
liquis membris. sicut invenis aquorum
dam hominum pedes properare nocu
mentum ex quibus etiam quibusdam eorum
accidit illud in volis manuum vel in
plantis pedum. et quibusdam in oculis
et quibusdam in capite. aut in aliquo

Frenesis adveniens in febribus post solutionem
nec apparentia morte vel maniam
signum quod si frenesis continua. mors
vicina sequitur.

reliquorum membrorum secundum quod necesse est corporum a principio sue generationis. non est ergo mirum si sint lacerti moventes oculos debiles in quibusdam corporibus et in quibusdam lacerti moventes mandibulas. ita ut accidant propter illud etiam ut strideant dentes eorum in omnibus horis ex quibus propria cum que accidit eis. et accidit illis ut moveantur oculos motu frequenti quod est quia stridor dentium per naturam est similis cause que accidit in oculo a principio cause esse quando non est possibile habiti hanc causam figuntur oculi et moveantur secundum motum tremulo. spasmus autem lacerti mandibularum in febribus propter nocumentum quod ingreditur super cerebrum est similis cause que accidit in lacertis oculi in quod dixit ypocras in eis que premissa sunt quod oculi sunt in ea agitatione quod est quia receptio nocumenti accidentis cerebro apparet in quibusdam corporibus ad lacertos oculi et in quibusdam eorum ad lacertos oris et timporum et ad lacertos qui sunt in mandibulis.

Secundo quod dixit ypocras quod hi actus significant maniam et mortem et sermo eius maniam est sermoni suo si dicitur permixtio rationis vehementis. In significatione autem mortis cum nocumento est ingrediens super cerebrum. Semptum ex eo de quo queritur sermone eius quod hi accidentes significant maniam. deinde sermo eius est post illud scilicet quod si fecerit illud quod facit in ratione eius ratio iam est permixta tunc significationem quod mors appropinquat. non est nisi quod stridor dentium significat maniam et. non solum non est impossibile ut quiescat quando accidit mania; immo oportet ut vehemens sit et fortis. et hoc est ut michi videtur intentio sermonis huius quod dixit ypocras quod stridor dentium in eis de quorum consuetudine non est a principio sui esse est quod significat manie que accidet in eis que sunt post. et si infirmo dum accidens sic accidunt scilicet mania et stridor dentium tunc scias quod mors eius appropinquat valde per sermonem quod suum primum non voluit nisi quod quando tu vides infirmum dentes stridere preter quod eius ratio sit permixta. tunc scias scientia absoluta quod illud est significatio manie et mortis propter sermonem secundo suum ypocras voluit hanc intentionem quod dixit quando vides infirmum permixte rationis dentes stridere tunc scias quod eius mors appropinquat valde et illud quidem significat sermo eius scilicet illud significat valde quia ipse enuntiavit in sermone suo primo quod illud actus significat mortem et quia eius mors appropinquat iam addit in sermone suo in illo valde. et dixit scilicet illud significatio quod eius mors iam appropinquat volens quod non tardatur sed festinat valde.

Et quando fuerit vulnus in corpore infirmi aut antecedens egritudinem suam aut eveniens in hora egritudinis sue tunc oportet ut consideres ipsum quod est quod quando infirmum est convertitur ad permutationem

Si in egri corpore fuerit antrax vel carbunculus. sive precesserit sive egrum secutus fuerit. oportet attendere. quod si exiccatus fuerit locus et colorem induerit vel citrinum vel lividum portendit mortem dicit proximam.

tunc ulcus illud fit ante eius mortem siccum aut induratum aut lividum. Siccitas autem ulceris erit propter Livore(?) debilitatem virtutis que regit color nutrit corpus. color vero eius non est unus omnibus horis. sed diversatur secundum diversitatem corporum in humoribus quorum unumquodque venit in eis et secundum quantitatem nocumenti accidentis in unoquoque corpore quod est vincens in corpore quod est humor qui ex genere colere est color citrinus et qui est vincens est humor non est color citrinus sed color qui intelligitur in hoc nomine dixi in eis que premissa sunt quod color viridis quem dicitur de citrino et quem colore et propter illud nominant quidam colorem sulphureum colorem viridem. nocumentum vero accidens in corpore quod est magnum facit accidere illud colorem quem hic color est propinquus colori nigro. et quod est parvum facit accidere colorem citrinum aut viridem et propter hoc scripserunt quidem alii hunc sermonem secundum hanc similitudinem. nam ulcus illud fit ante eius mortem siccum cum citrinitate et scripserunt ipsum quidam aliqui secundum hunc modum. nam ulcus illud fit ante eius mortem siccum cum viride.

De esse autem motus manuum hoc est quod te scire oportet quod ipse in febribus acutis et in frenesi et in peripleumonia et in dolore capitis sequitur(?) qui sunt morte vultus faciem qui est venatur aliquid. aut colligat festucas aut evellat quod est de palpebris villos. aut auferat quod est aliquid de pariete tunc illud totum est mortale.

Motus manuum scilicet earum opere quod in hoc sermone dixit accidit ex ymaginatione sibi ei quod ymaginatur ille in eius oculis aliquid aggregatum quod est quia ille in eius oculis aliquid congregatum estimat quod res quam videt intra humiditatem grandineam et tunicam corneam que operit pupillam sit de foris quem admodum contingit in hora sanitatis sic videt res in aere coram oculis suis similiter. etiam hoc mirum nimis accidit huic quem dixit ypocras in febribus acutis et peripleumonia et frenesi et dolore capitis. quod est quia estimant se videre res deforis et ipse non sunt nisi intra oculos ipsorum. Iam iterum ostendimus quod lumen visibile lucidum est et simile humiditati vitree clare simili albugini quod fit in iuvamentum in custodia eius a nocumentis que accidunt in oculo. et quia hoc lumen visibile penetrat etiam ex pupilla ad aerem extrinsecum cum quo continuatur cum hac humiditate. et ostendi etiam in sermone meo de visu quod aer lucidus cum quo continuatur hoc lumen visibile stat loco instrumenti visibilis nervi cuius virtus est similis virtuti nervi in corpore et illud est in tractatu quinto x libri mei demonstratione et in tractatu meo septimo libri mei in sermonibus ypocratis et platonis. Fui etiam locutus isto sermone longo in tractatu x libri mei de iuvamento membrorum. et sicut sensus cerebri quo sentit dolorem accidentem in digitis fit mediatione nervi inter-

Manuum mobilitas significat sic. Ypocras notabiliter in febribus acutis et in peripleumonia et frenesi non vana et in dolore capitis. si manus tulit ad faciem et circa quibus portatur. vel que aliqui colligitur huc illac quesivit. vel de vestibus qui pilos evulsit. vel que festucis de pariete decerpserit persimum est et mortale.

ea similiter. et sensus eius quo sentit res visibiles que sunt deforis fit mediante aere qui est longitudo earum id est ab eo longitudo earum aliqua quando vero aggregantur in oculo sicut cum hec humiditate infusa inter humiditatem grandineam et inter pupillam de qua dixi quod est albuginea. Veritas autem propter quam ymaginantur pluribus eorum quibus accidit frenesis res similes rebus que accidunt ei in eius oculi agitantur aque grosse nigre que pluribus vicibus penetrare extrinsecus est ex quo contingit lumen visibile. Sed tamen illius humiditatis similis in facie lucis invisibilis. forsitan igitur est quod homo videt coram oculo simile capillo aut filo vestimentorum. et forsitan se estimat hoc quod volat coram oculis suis simile culicis aut muscis prius et forsitan est quod videt simile lenti aut grano milii nigri. simile etiam huic accidit in febribus acutis et frenesi quia elevantur ad caput vapores ex humoribus qui sunt in corpore et conturbant humiditatem claram que est in pupilla. quod est quia infirmo ymaginantur iste res tunc quas diximus. In dolore vero capitis vehementi et frenesi quia caput est plenum humoribus quando plenum aliquid illorum humorum ad oculum est causa eventus horum accidentium quorum precessit rememoratio. Et non determinant omnes medici nomina que dicuntur in frenesi humoribus scilicet collectionem festucarum et villorum nisi ex hac causa quod est quia multi eorum quibus accidit hec ymaginatio narraverunt eam nobis in hora eventus eius et in fine frenesis. genera autem huius sunt duo quod est quia ex humoribus est in quo primus res permiscentur ex illis rebus que ymaginantur et eius est virtus que

ipse experitur res sanas et ex eis est eius id est est fixa fortis et virtutem eius qua experitur res iam accidit quod nocumentum quare invenimus eum propter id fixum patientem vel tolerabilem ad resistendum infirmitati accidenti vincens eam et quod eorum intelligimus illud quod accidit de eis et nos quod fortunis stare illum qui fuat in sua ymaginatione que provocant eum ad hoc ut moveret manus suas sicut dixit ypocras. et dixit quod estimabat quod in pannis eius erant villi aut in radicibus parietis quod videt paleas. et alter tiens dixit quod estimabat quod super lectum eius essent festuce. et quod volarent coram oculis suis genera avium. et ipse conabatur venari ea quare movebat manus suas ut caperet eas res vero quas estimabat esse in pannis et in pariete conabatur colligere. Et intentio generalis eius egritudines in quibus accidunt ista accidentia egritudines male quia in febribus acutis et frenesi et in dolorem capitis non eveniunt ista accidentia nisi propter magnitudinem earum. In frenesi vero propter nobilitatem membri cui advenit nocumentum ex egritudine infirmo et quia est frenesis est periculosa et in omni genere suo. In firmi autem provenientes ex febribus et frenesi et dolore capitis non est nisi propter magnitudinem earum.

Sputum quod frequenter est sicut dolorem ad successionem in locis que sunt sub dyafragmate et quod est magnus deinde est inter spatium longum sicut punctione

Capite si fixus sit dolore in successione in hiis signum quod sit sub diafragmate et si magnum et intermissione alienationem signum est et si id posi nares fluxus erit mortale est.

sunt albuginei

et conclusione villorum

rationis et quod egreditur ex ore et ex naribus frigidus est pernitiosus valde —

Iam exposui hunc sermonem expositione completa in tractatu secundo libri mei de malicia hanelitus. et sic ego sum narrans in hac hora plurimum eius quod dixi illic. dico igitur quod ypo. intellexit per suum sermonem in hoc loco speciem hanelitus. dico igitur quod hanelitus frequens fortasse significat dolorem. et fortasse significat inflationem in membris que sunt in pectore et super cor et pulmonem quorum locus est super dyafragma. Et ego quidem iam ostendi quod hanelitus in hora doloris est parvus frequens. sed apud inflammationem est magnus et frequens. hanelitus scilicet alcheiffagus id est fit rarus et est ille qui est inter spatium longum et si fuerit magnus significat permixtionem rationis. et si fuerit parvus significat extinctionem caloris innati. Et tempore ypo. significaverit hanc etiam in sermone suo scilicet quod egreditur ex ore et ex naribus frigidus existens tunc est pernitiosus valde. Et ego quidem iam ostendi in tractatu secundo libri mei de malicia hanelitus quod ypo. non dixit in libro pronosticorum nisi has species tantum ex speciebus malicie hanelitus quarum fuerit cuius non est nisi in egritudinibus acutis. in libro autem suo qui nominatur epid. dixit species alias ex speciebus malicie hanelitus que sunt preter has species — — —

De esse autem bonitatis hanelitus oportet te scire quod cum eo est virtus magna in signis salutis in omnibus egritudinibus acutis. que sunt in febre et in quibus venit crisis in quadraginta diebus —

Nominavit hanelitum facilem bonitatem bonitatem hanelitus et significat illud quod in pectore corde pulmone et dyafragmate non est cum dolorosa et membra etiam que continuantur cum eis membris quorum in eis est apostema calidum. aut cum dolorosa dolent a principio in corpore cum hanelitu suo cum membris et sunt sana et simplex et expulsio. Et igitur non est in aliquo istorum membrorum egritudo neque caliditas superflua in ut estimet infirmus quod est cor adiuratur neque cooperit propter frigus ut securetur caliditas innata quam extinguatur. neque significat in speciebus in acutis egritudinibus quod eger iste evadit ex sua egritudine quando timor non cadit in egritudinibus nisi aut propter magnitudinem egritudinis aut propter apostema quod appropriatur nomine inflammati quod est quia in eorum eis egritudinibus et si non accidit aliquid horum accidentium tempore cautela et timor cadunt in eis quando non fit securitas super virtutem quando timeat et cadat sub longitudinem spatii. et propter illud dimisit yp. rememorari eas in hoc libro sed posuit iudicium suum in eo in acutis egritudinibus tantum. Et quia genera egritudinum sunt duo quorum unum est egritudines que dicuntur acute sermone absoluto. et secundum egritudines que dicuntur cropite significantur yp. in sermone suo scilicet egritudinibus acutis que sunt cum febre et in quibus venit crisis in xl. diebus. duo genera sic declaravit igitur in sermone

Spiritus non longus et similiter proprius ordine continuo generatur et habet eandem salutis omnem significationem in acutis egritudinibus. quarum cum febre est crisis terminus est in xl. diebus.

sine .s. egritudines acute que sunt cum febre differentiam inter has egritudines spasmum et scotomiam et colicam passionem et reliquas egritudines acutas in quibus non est febris et in sermone suo .s. et venit crisis in eis in xl. diebus. Quod ostendit quod invenitur in egritudinibus acutis que dicuntur absolute sermone acute egritudines que dicuntur peracute. Et contentus quidem horum est quoniam infirmatur homo in principio egritudinis sue acuta egritudine. Deinde advenit ei crisis in die xiiii. aut primum et non solvitur egritudo per eam solutione completa quare remanent ex eo reliquie que extenduntur usque ad xl. dies. Quod est quia eventus crisium que non sunt cum complemento suo non est in his egritudinibus tantum. Sed accidit etiam in multis egritudinibus cronicarum et precipue in arescone et febre quartana et aggregatione saniei et pectore et ptisi. Ypocras autem pretermisit dicere has egritudines in sermone isto. Quod est quia dixit bonitas hanelitus est signum laudabile valde in egritudinibus que dicuntur sermone absoluto et cum eis est febris et sunt egritudines que extenduntur usque ad dies quadraginta et sunt que nominantur peracute. In reliquis autem egritudinibus acutis cum quibus non est febris et egritudines cronice que dicuntur illud. Colligitur ergo ex sermone suo quod sunt genera spatii temporis ea rea quarum unum est egritudinum acutarum in quibus venit crisis .s. in xiiii. die bus et .s. est egritudinum que sunt post illas .s. egritudinum peracutarum. Et genus prope

tertium est egritudinum que sunt inter has medie egritudines. Et ille terminus quibus statuitur dierum crisis est xl. dies et non dixi sermonem hunc nisi ad confirmandum illud quod apparet in curatione egrotorum veliter et qui experitur illud. Et inquit de eo de medicinis egrotorum scit quod res in eo sic ego narravi. Quod autem dicit quod Ypocras voluit per sermonem suum quod in egritudinibus acutis venit crisis in xiiii. diebus narratione crisis est quod eius non scit illud quod oportet eum scire nec intellexit etiam dictum Ypocratis. Quod est quia si sumit sermonem suum quod in egritudinibus acutis venit crisis in xiiii. diebus non dixit ut enumeraret numerum dierum crisis usque ad xl. vel xiiii. dies dicens etiam quod dies in quibus venit crisis in aliis egritudinibus quas dixi hoc sermone sunt xl. dies.

De sudore autem qui melior in omnibus egritudinibus acutis est qui fit in aliquo dierum crisis et evadit per ipsum ille qui est a febre evasione integra et laudatur etiam ex eo quod est in corpore toto et fit infirmus ad tolerandum suam egritudinem facilior. Cum autem sudor nichil horum que diximus faciet non fit iuvamentum per ipsum. Deterior autem

Sudor bonus et laudabilis est in omni acuta egritudine qui in die cretico fit et egrum liberat. Et bonus qui fit in toto corpore et eger ex eo suavior et fortior efficitur. Quod vero nichil horum fecerit non est utilis. Frigidus autem est malus, peior si circa caput solo et collum. Hic in acuta quidem egritudine mortem significat, in leniori vero prolixitatem egritudinis.

est qui est frigidus postea qui est in cervice et capite tantum. Iste vero sudor cum febre acuta significat mortem et quando est cum febre minore et quietiore

Iudicat longitudinem egritudinis. In sermone hoc in meliore sudore narravit duas ex significationibus eius et dimisit rememorari significationem tertiam quia eius evidentia scitur necessario quod est quod sudor qui fit in aliquo dierum crisis et evadit per ipsum iste fit evidenter procul dubio in toto corpore. In suo sermone in sudore laudabili qui non est in supremo bonitatis et dixit quod accidit in corpore toto et alleviat ex infirmitate dimisit rememorari de diebus crisis quod illud iterum scitur necessario sudorem laudabilem quod est quia sudor qui fit in toto corpore et ex egritudine alleviat pervenientis procul dubio fit in aliquo dierum crisis et hec est species alia ex speciebus sudoris et eius materia est prava et est ille in quo dixit. Sudor autem qui non hoc facit non confert. Intimavit ergo per sermonem suum in illo quod sudor qui fit in toto corpore est ille quo infirmi perveniunt ad hoc ut facilius tolerent egritudinem suam et iste quidem sudor est secundum duos modos quod est quod facit accidere nocumenta hec duo que diximus aut facit accidere secundum illorum et quod ex eis utrisque minoris est malicie qui facit accidere nocumenta hec duo que diximus aut facit accidere secundum illorum et quod ex eis utrisque minoris est malicie qui facit accidere duo nocumenta hec. Et hic quidem sudor iterum dividitur in duas divisiones quarum una est que facit accidere nocumentum primum et secunda facit accidere nocumentum secundum. Et melior quidem eorum utrorumque est sudor quo fit infirmo facilius tolerans egritudinem suam quamvis non fiat in corpore toto. Ille vero qui non facit accidere illud hic addit in pravitate egritudinis est deterior utrorumque et quamvis fiat in toto corpore. Ille vero qui non facit accidere illud et omnes iste species sudoris sunt calide. Et propter illud non dixit ypocras in aliqua earum quod est calida quoniam de consuetudine eius est ut dimittat dicere res que sequuntur necessario quando intelliguntur ex suis contrariis. Et ypocras quod posuit post omnes istas species sudorem frigidum. loquitur ergo in hac divisione est deterior sudor qui est frigidus et dicit iterum de sudore qui fit in capite et cervice quod est malus quod est quia iste due species sudoris indicant sincopim et si sudor frigidus est et est in capite et cervice tantum tunc est deterior omnibus speciebus sudoris quod est quia indicat evenientem sincopim. secundum quod iam evenit et ponere discretionem tuam ex pravitate illius febris. nam si fuerit acuta tunc mors procul dubio accidit

capite

vel effectum

recta

aliter

[illegible]

ab vomag(ine) sp(eci)e(rum) sudoris .s. fri(gidi) q(ui) fuit
etiam corpore toto et illius qui
fit in capi(t)e et circa q(uod) fuit sit calid(us)
et si febris fuit quieta et tranquil
la possibile est ut sit in quib(us)dam
hom(in)is no(n) possit virtus digerere hu(mor)es
et in longitudine temporis q(uando) no(n)
accidit et timor et cadit vehem(en)
cia febris. In dieb(us) v(er)o crisis no(n) dix(it)
aliquid in sermone suo in sp(eci)eb(us)
sudoris q(uo)s diximus in fine eius. q(ui)
nis iam dixit illud in p(rinci)p(i)o sui ser-
monis in o(rati)one de melior(i)b(us) sp(eci)eb(us)
sudoris et no(n) facit illud n(is)i q(uia) de sua
eius e(st) ut narret dies crisis in sino
ne p(ro)prio. et iam dixit illud in h(oc) ser-
mone. q(uonia)m v(er)na ca(usa) vocatur e(st)
ut s(ignifi)c(e)t esse crisis si e(st) ad salutem.
et si e(st) ad mortem et o(mn)is ut sciat
q(uod) finem h(uius) si(m)onis scripsit diasc(orides) s(ecundu)m
hunc modum. et dicit quid est ex
sudore qui est fri(gidu)s. et est in capite
et circa tm(?) q(uonia)m iste due sp(eci)es ex sp(eci)e
b(us) sudoris significant aut mortem
aut lo(n)gitudinem egritudinis et
manifestu(m) est q(uod) h(ec) sc(ri)ptura est bo(n)a
or q(ua)m sc(ri)ptura in eis q(uo)s sc(ri)psim(us)
ante p(re)missa sunt s(ecundu)m q(uod) intelligitur
ex ea est illud idem q(uod) intelli(gitur) ex illa
et no(n) est n(ecessa)rium expositori nisi ut
addat ei q(uod) invenit additu(m) in sc(ri)p
tura p(ri)ma .s. sermo eius q(uonia)m sudor
e(st) fri(gidu)s (con)febre acut(a) significat mor
tem. et q(uonia)m est (con)febre leni(ter) et qui
escente indicat egritudinis lo(n)gitu
dinem et invenitur in quib(us)dam sc(ri)p
tis successione h(uius) sermonis sermones
alii in sudore. et bu(?) feci(n)t qui eie

cunt eos s(ecundu)m quod ip(s)i no(n) sunt y(pocras) sic
artemiades et diasc(orides) et multi alii

Quia v(er)o q(uod) sub ypocondriis est dispo
sitione melior ut sit saluu(m) a dolore le
ue esse a late(re) dextro et sinistro qu(on)i(am)
v(er)o est inflatu(m). aut dolorosum at
tensum aut lat(us) ei(us) dext(rum) diuisum
est a late(re) eius sinistro. tu(n)c totu(m)
illud o(mn)is ut caueatur

Q(uonia)m v(er)o uult aliquis narrare me
liorem disp(osi)t(i)o(nem) eius q(uod) e(st) sub ypo
condriis h(uius) et (con)p(re)hen(dere) dicitur .s. sub y
pocondriis melior disp(osi)t(i)o e(st) disp(osi)t(i)o i(n)
q(ua) assimulatur disp(osit)i(on)i illi p(er) . aut (con)t(ra)r(i)es
volunt narrare significac(i)o(n)es p(ar)ti
que significant s(ecundu)m illud incepit
in p(r)imis et narrantur res que no(n) s(unt)
inuente in eo et sunt q(ua)s nominat
nouit medici p(ro)nacio(n)e accidentis et q(ua)e a(lia)
significac(i)o(n)es q(ua)s diximus post illud s(unt)
accepte ex accidentib(us) a(d)iunxit hunc lo
co. n(on) a(utem) sermo eius e(st) q(uod) melior dis
p(ositi)o eius que sub ypocondriis est. est
ut sit saluu(m) a dolore et q(uod) dixit inte
b(us) que accidunt. sermo a(utem) eius leue
esse ex reb(us) que inveniuntur et sup
tu leuitas eius no(n) significatur nisi
ex disp(osit)ione eius et ordine sub manu
(con)p(re)ssis ip(s)um q(uod) e(st) quia illud cu(m) adue
nit q(uon)i(am) h(uius) disp(osit)ionis est illud q(uod) ex
pellit manu(m) qu(am) imprimit s(upe)r ip(s)um expl(icit)

In ypocondriis s(ine) dolore fuerit si
molles s(un)t et b(e)n(e) (con)p(ro)porcionate h(abe)nt et inde bonu(m)
erit. si u(ero) fuerint .i. dolentes v(e)l quod(?)
m(odo) spasmo distenta a(liquantulu)m int(er) se dissi
miles m(odo) h(uius) (con)sid(era)nd(um) est.

siue uehementi et est diuersus cum alius autem eius non est in sua qualitate tamen quoniam possibile est ut sit totum secundum hunc modum esse compositum pars eius dolet et pars eius est calida et pars eius est frigida et pars eius est eleuata et propter illud posuit ipse ypocras illud cum dispositio ex hoc loco est melior dispositionum significatione eius quod non est esse. et dixit si quod est inflatum aut dolorosum aut tensum aut quod latus dextrum est diuisum a sinistro. tunc omnia illa quorum non conueniunt et sunt eius inflammatiuum reddit secundum totum hunc locum. et manifestum est quoniam hoc nomen significat inclusionem et adunationem et similiter sermo eius dolorosum reddit secundum totum hunc locum. et sermo eius. tensum autem tensum non intendit. ita nisi ad hunc locum per sermonem quoniam latus eius dextrum fuerit diuisum lateri eius sinistro. multum diuisum in qualitate sua aut in caliditate et frigiditate aut in dolore eius et quiete aut in extremitate et grossitie aut mollificatione et tensione. fortasse igitur accidet in loco qui est sub ypocondriis tamen si propter illud est quod in eo est apostema quod uocatur inflammans aut propter siccitatem uehementem que accidit membris que sunt in eo et panniculis tegentibus costas et in dyafragmate aut propter apostema calidum quod accidit in membris que sunt in loco aut si quid propter apostema quod nominatur inflammans et est apostema in quo est dolor.

Quod si fuerit etiam in ipso loco qui est sub ypocondriis pulsatio significat agitationem aut punctionem pulsus.

Inuenitur in quibusdam scripturis scriptum loco pulsationis saltus. et nos non dubitamus quin saltus accidat inflato sed in pluribus scripturis inuenitur scriptum pulsatio. et pulsatio accidit aut propter apostematibus magnis que accidunt in uenis aut pulsantibus magne extense super dorsum quod facit infirmum sicut dixit ypocras. In libro suo qui nominatur epidimiarum. Ille est uena que est in manu sua pulsatur. est manifestum autem est. manifestum est quod ypocras significauit per sermonem suum in hoc loco pulsum uene pulsatilem. quod est uehementis fortis quod sentit patiens quod ponatur manus super ipsum. et fortasse sentit illum infirmus solus et fortasse manifestatur aliis etiam et quia horum accidentium accidit infirmo est significatio illaudabilis quod est quia uena illa pulsatilis magna est una de membris nobilibus. et similiter etiam stomacus et epar. et dyafragma. et quoniam uidisti in loco qui est sub ypocondriis pulsationem autem saltum. tunc scias quod unum horum membrorum est infirmum. quoniam dyafragma quando accidit illud in eo facit accidere punctionem in ratione facile. et facit illud accidere in eis sed non inuenimus quod faciat illud accidere ipsum dyafragma quando est in ipsum apostema magnum calidum. In reliquis autem membris que sunt inuenitur quando accidit in eis aliquid egritudinum quas diximus secundum illud timor et propter illud dixit ypocras. et bene per sermone suo quod hic actus significat agitationem aut punctionem rationis. agitationem quidem quam sequitur os

Sed non in aliqua parte corporis pulsus fuit magnus angustiam seu alienationem significat.

infirmitates que sunt in eis tumor-
ne tremant medici calidum infir-
mi permittit redire rursum pro diafragma-
te et os stomachi et oportet inquiramus de la-
tere qui est super ventrem quia non
oportet necesse ut accidat pulsatio rursus
et timor qui accidit in eo pulsatio
vel saltus vel tremor et propter illud
oportet ut intelligatur ab ypocrate ex ser-
mone suo quod si fuit in illo eodem
loco et qui est sub ypocondrio pulsa-
tio quam intelligit per sermonem suum in
illo eodem loco ut significet pul-
sationem aut saltum qui fit in hiis
que sunt post hunc lacertum

Sed oportet ut consideres celerem huius-
hanc infirmitatem non si videris
oculos motum motu frequenti etc.
melius huiusmodi eam maniam

Cum precessit ypocrates et dixit in
hoc accidente quod agitationem aut ma-
niam narrauit in hoc sermone quam
accidit maniam aut quod accidit a-
gitatio tamen et dixerit propter illud ex
motu oculorum ex motu oculorum et oportet ut
te exquisite perscruteris non in hoc ac-
cidente tantum sed in reliquis acciden-
tibus remanentibus et de quibus es
rimatus quod scivisti ea pulsatio-
nem rursus que est quia motus oculorum sunt
motus frequens significat hoc accidens
pulsationem rursus et non dixit ypocrates
pulsationem rursus absolute sed dixit tunc
timetur huiusmodi eam de mania quam vo-
luit ut significet quod eveniat hoc
accidens quod narrauimus propter pulsationem rursus
vehementem et melius quidem videtur
quod non omnium est quod motus oculorum qui est
motus frequens significat opinionem
de eis et pulsationis rursus ex ser-
mone meo in eis que sunt premissa quia
lacerti oculorum sunt digniores membrorum
que sentiunt egritudinem
accidentem in cerebro et egritudo
accidit cerebro propter societatem dyafragma-
tis et oris stomachi in egritudine acciden-
te in eis sicut illud adveniens ei dolor
propter communitatem reliquorum membrorum
[illegible] in egritudinibus suis quod
est quia cerebrum est membrum quibus
advenit non minus magnum in e-
gritudinibus suis quam omnium membrorum
origo est cerebrum

Collectionem accidit in eis que sunt sub
ypocondrio que est tumida vel grossus
vel doloris fuit [illegible] est que compre-
hendit illum locum tantum et si fuit
in uno duorum laterum tunc salvior
in eo est que fuit in latere sinistro

Hec egritudine que ypocrates intelli-
git per sermonem suum collectio
grossitudinem extra naturam. [illegible]
medici nominant hoc nomi-
ne speciem unam tantum ex speciebus apo-
stematum et est apostema sicut quod con-
tinet [illegible] invenitur in
lene in quo non est dolor et aposte-
ma quod appellant nomine alio

Tamen in hac egritudine oculi si fuerint moventes velociter mobiles apparuerint maniam significant.

Aliqua in hac passione collectio si assumit in ypocondriis cum tumore et dolore ut ambas partes teneat malum est. Si vero in altera ex eis que in sinistro est melior est.

nominant ypp. collericam duram.
dolorosam quod est quia ipse nomina
vit nomine quo nominavit eum medi
corum sed ab inflatione. et intentio est quod sic
egrediendo quod accidit in ventre
si est in latere dextro. tunc mali
cia vehementior est propter epar. si
in sinistro minor propter splenem et dextrum
est quod est quod comprehendit duo latera sil.

Et ista apostemata significant
aut dolorem vel timorem mortis subite.

Dixit ypo. quod apostemata dura do
lorosa que accidunt in eis que sunt
sub ypocondriis. et sunt illa que nomi
medici nominant apostemata calida et
acuta significant timorem mortis ibi
te. et quod non additur sermoni et
est quod illo in quibusdam membris nimi
cis que sunt epar. stomachus et splen. et
siphac. quod est superius ventrium apostema
non est possibile ut apostematum faciat accide
re mortem nisi fuerit in quibusdam
horis magnum. aut fuerit virtus in
firmi debilis aut erraverit medicus
in curatione eius. aut erraverit infir
mus secundum seipsum et quod ex illo ut sine
ubi sic scriptus preter quod declarat
et discernatur.

Quod si transierit .xx. diem et fe
bris remansit et apostema non quiescit con
vertetur et erit in pus.

Humor faciens apostema calidum si vincitur
sequente virtutem aut quantitate
sua. aut conditur in quedam membra
nobilia vincit naturam proculdubio

et se illud mors subita sicut dixit y
po. quod si non fuerit dispositio eius sic dispo
sita tunc iam non caret vincat duarum rerum
aut superatione et resolvat ipsum et
expirare faciat ipsum. et digerat
apostema aut non vincat ipsum sed
in fine victoria et quod scilicet illud fuerit
accidet ei una duarum rerum. aut re
solvetur et expiret quod fuerit in
eo calidum subtile. et apostemetur
et indurescat quod fuerit grossum et
quare sedatio calefactionis sequitur in
loco apostemoso. et quies doloris
et remanet quod ex eo remanet la
pidosum quod non solvitur neque aut
non respiret ex eo aliquid sed more
tur donec maturetur in aliqua ho
rarum. et maturatio eius erit secundum quod
habitem eius enim fuit illud quod qui
escit febris nec consumitur apostema. et
illud etiam erit secundum duos modos. aut
ut etiam vincat ipsum virtus et
resolvat ipsum quare fit sanies aut
ut non possit resolvere ipsum propter debilita
tem suam quare putrescit. et corrum
pitur sicut accidit illud in cadaveribus
mortuorum. recte ergo dixit ypo. quod fe
bris remanet et non quiescit aposte
ma et convertitur et erit in pus. quod est
quia quies apostematis sequitur
solutionem humoris facientis ipsum. et
quies febris sequitur expirationem
rei calide subtilis ex eo quod est in aposte
mate. et sicut dixi invenimus illud ac
cidere in locis nervosis. et est quia illud
quod est in eis faciens apostema ca
lidum subtile resolvitur. et quod est gros
sum et insolubile residet et figitur
in loco eius tamen aut propter quod potuit ip
sum in aggregatione sanies in illis apostematibus

Que collectio fit in ypocondriis morte subi
ta non tollit.

Et si ultra .iii. dies .xx. permansit
ut febris decidit nec dolor defecit
in pus convertetur.

periodo myrahc scotomia

diem .xx. iam narratam in exercitu
sexto libri mor. de diebus creticis

Habentibus hanc dispositionem accidit
i. tantum typi
in primo periodo fluxus sanguinis
e naribus et iuvatur per ipsum vul
de si ergo me quesieris ab eis an inve
nit dolorem capitis an scotomia
nam si fuit eis aliquid ex illis tunc
fiet illuc declinatio

Removens Gal. de talibus apparatibus acci
vel sicut
dentibus in myrach venter et hic
loco non declinat neque determinat
quod est quod dixit et accidit eis fluxus san
guinis ex naribus et iuvantur
per ipsum et de illo quod illuc est ut ac
cidat propter quod fuit in epate aut in
splene capitata cum sicut dixit ypo. in
illo in loco alio laudavit. in fluxus
sanguinis narium qui fit ex latere ex
quo est membrum infirmum et vitu
perari illum qui est secundum contrarium illius sicut
si sit splen apertus et venit fluxus
sanguinis ex nare dextra illud est lau
dabile. et dixit quod fluxus sanguinis
accidit eis in primo periodo intelligens
per periodum illum qui est ex periodis dierum
creticis et iste quidem sermo invenitur
scriptus in quibusdam descriptionibus
determinate et in quibusdam eorum aggregatim quod est quia in quibusdam eorum
invenitur in periodo prima et in qui
busdam eorum invenitur in periodis primis.
aliud
et si intelligis secundum scripturam secundum primam
possibile est etiam ut significet periodos signi
ficatos septenarios. et si intelligis illud
secundum scripturam secundam possibile est etiam ut
significet periodos septenarios quoniam invenimus
tamen quosdam quibus accidit fluxus
